CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

[Vol. XVII.]

PARS II.

PROCOPIUS.

VOLUMEN I.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIII.

PROCOPIUS

EX RECENSIONE

GUILIELMI DINDORFII.

VOL. I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXIII.

PRAEFATIO
GUILIELMI DINDORFII.

De vita et scriptis Procopii quae dicenda habeo, quoniam cum Alemanni disputationibus sunt coniuncta, volumine tertio exponentur. Quamobrem hoc loco nonnisi siglae sunt explicandae librorum, quibus ad emendandos de bellis Iustiniani commentarios usi sumus: nam de reliquis scriptis suo loco agetur. Est igitur

A codex Parisiensis regius 1702, scriptus in membranis saeculo tertio decimo, foliis aliquot hic illic a manu recentiore suppletis, quod ex Catalogo cognovi vol. II. p. 389. Insunt historiarum libri quattuor priores. Est optimae notae codex, cui multorum locorum tum emendationem tum supplementa debemus.

B codex Parisiensis regius 1699, chartaceus saeculi quinti decimi, octo complexus historiarum libros. Huius ego accuratius collati nonnisi specimina quaedam ab Niebuhrio accepi ad p. 175—177 et 544—547 ed. Paris. apposita. Quae res hoc habuit incommodi ut reliqua lectionis varietas ex duobus aliis fontibus petenda fuerit, quos alioqui non adiissem. Nam quae ex eo libro in annotatione sua attulit Maltretus, eadem qua ille usus est sigla (Reg.) ab nobis designata, non referunt plenam lectionis diversitatem, nec satis certa apographi Leidensis (L), ab Iosepho Scaligero correcti, fides est, cuius nobis copiam fecit Iacobi Geelii amicitia. Correctiones margini huius libri commissas litteris Lm indicavimus.

V Lucae Holstenii apographum supplementorum codicis Vaticani: vide annotationem ad p. 229, 20. 243, 5. 256, 10. 275, 3. 326, 4. 384, 4. 372, 14. 497, 17. huius voluminis. Excerpta ex hoc codice, qui aetate pariter atque auctoritate praestat ceteris, lectionis varietate usus est Maltretus: ut denuo et accuratius ex-

cuteretur, ego nunc quidem non magis quam Niebuhrius efficere potui, quantumvis cuperemus. Insunt octo historiarum libri.

H Davidis Hoeschelii editio, Augustae Vindelicorum impressa a. 1607, ex codice composita Monacensi et duobus apographis codicis Parisiensis 1699, altero Leidensi, de quo supra dicebam, altero Petri Chabanaei, quod duobus constat voluminibus, quae ipsa quoque in bibliothecam regiam illata numerantur 1700. 1701.: vide Catalogi vol. II. p. 389. Ex hac editione et apographo Leidensi in annotatione critica, omissis centenis scribendi vitiis, tantum attuli quantum utile videretur. Integram enim lectionis diversitatem rationi consentaneum est non aliunde quam ex ipsis codicibus peti Monacensi et Parisiensi illo 1699. Quanquam his recentibus exemplaribus facile carebimus, si Vaticano aliisve antiquioribus, qui in Italicis latent bibliothecis, codicibus potiri licuerit. Inter quos sunt Pinelliani Mediolanenses, de quibus dictum ab A. Maio ad Dionysii Halicarnassensis fragmenta p. 171.

Hm margo editionis Hoeschelianae: de quo vide ipsius Hoeschelii praefationem infra appositam.

P editio Claudii Maltreti, quae Parisiis prodiit a. 1662, in duo divisa volumina, repetita Venetiis a. 1729.

Pm margo editionis Maltreti.

RV Raphaelis Volaterrani interpretatio Latina librorum de bellis Persico et Vandalico, multis locis compendifacta, quae primum prodiit Romae a. 1509, repetita Basileae a. 1531 et Lugduni a. 1594.

Pers. Christophori Personae interpretatio Latina librorum de bello Gotthico, edita Romae a. 1506, repetita Basileae a. 1531 et Lugduni a. 1594.

Hugonis Grotii quae passim afferuntur emendationes et coniecturas ex bibliotheca Leidensi suppeditavit Geelius.

Interpretatio Latina Claudii Maltreti est.

Temporum notae quum propter narrandi ordinem, quem sequitur Procopius, marginibus apponi commode non potuerint, chronologicis rationibus alio modo consulemus.

Scribebam Lipsiae m. Octobri a. MDCCCXXXII.

EX PRAEFATIONE
DAVIDIS HOESCHELII.

Quemadmodum editurus Bibliothecam Photii, Origenis libros VIII contra Celsum, et alia, de variis semper Codicibus laboravi, quo plenius singula et correctius prelo adornarentur: ita in Procopio Graece publicando idem mihi studium, labor idem fuit. Quocirca nobiliss. dn. Ioan. Georg. Hervuartus, sereniss. Bavar. Ducum intimus consiliarius, hoc cognito, primus e Ducali Bibliotheca m. s. misit Codicem: alterum illustris Iosephus Scaliger, a sese emendatum; tertium clariss. Isaacus Casaubonus manu exaratum perelegante Petri Chabanaei. Illum Boicum, quod ceteris esset emendatior et integrior, sum secutus potissimum: his, ex uno eodemque descriptis exemplari Regio, si qua fuit lectionis varietas (ut fuit maxima lib. 4. de bello Gotth.) in margine locum dedi; sin quid ex altero utro allatum, atque redintegratum, id, excepto lib. I. uncis est inclusum. Idem Casaubonus, quae ad librum de Aedificiis Iustiniani supplendum eruditissimus Carolus Labbaeus IC. e veteri Codice transscripsit, mecum etiam liberaliter communicavit: ut altero fere tanto hic auctior, quam antea, in lucem nunc prodeat. Caeterum de Procopio Graece imprimendo viri docti tam cupide institerunt ideo, quia male ab interprete acceptum norant; qui et τὰ καιριώτατα omiserit, et quae retinuit, pessima fide converterit. nam et finem belli Gotthici iusto pene volumine fraudavit *). Quorum deside-

---

[*) Notat Christophorum Personam: vide Maltreti praefationem p. XIII.]

rium ut explerem, sumptus ad maturandam editionem ornatissimi cives Augustani, Io. Georgius Oesterricher, p. m. Ioannes Huep-her, et Vuolfgangus Emekofer, suppeditarunt. quos honoris causa nomino: ut eorum exemplis alii ad similiter Reip. literariae opem ferendam allectentur et invitentur. De aliis sic habeto; Procopium Agathias ῥήτορα, Suidas σοφιστὴν etiam appellat: quae sic distinguuntur, ut ille sit orator, qui causas in concione, in foro, in senatu agit; hic Latinis Rhetor, qui in scholis docet artem oratoriam. — — Quod si tirones quoque Graecae linguae autori huic legendo, propter et facilitatem et perspicuitatem, quid temporis volent tribuere; praeter rerum noticias, modos loquendi elegantiores, et synonymiae exempla in ipso non pauca reperient. Cuiusmodi sunt ἁλιεὺς, ἀσπαλιεὺς, γριπεὺς, σαγηνευτὴς, *piscator:* ἄῤῥιχος, κόφινος, ταρπὴ, *sporta:* εἱρκτὴ, δεσμωτήριον, δωμάτιον, φρούριον, φυλακὴ, *carcer:* ὁ τῆς εἱρκτῆς ἄρχων, ὁ τοῦ φρουρίου ἄρχων, *carceris princeps;* qui Genes. 39. ἀρχιδεσμοφύλαξ dicitur, et cap. 40. ἀρχιδεσμώτης, Luciano ὁ ἐπὶ δεσμῶν. De quo alibi erit commodior dicendi locus, quare nunc desino.

EDITIONIS PARISINAE DEDICATIO.

AMPLISSIMO
ILLUSTRISSIMOQUE VIRO
D. D.
PETRO SEGUIERIO,
FRANCIAE
CANCELLARIO.

Non adeo sum hospes in patria, ILLUSTRISSIME CANCELLARIE; ut nesciam, quantum iuves favore tuo mirabilem Galliae foecunditatem: qua et novi ingeniorum excellentium foetus eduntur quotidie; et veteres, atque alibi nati, felicius apud nos renascuntur. Multi certe, quos hodie redivivos amplectimur, in abditis bibliothecarum pluteis adhuc iacerent; nisi eiusmodi tumulos benignitas tua aperuisset, ac sepultis vitalem quandam afflasset auram. In primis pars optima Historiae Byzantinae Tibi animam debet, ingenti receptam corpore; et quidem ita, ut ab interitu iam plane secura sit. Hoc autem quis pro merito aestimet beneficium, quo spirat ac loquitur insignis illa *Temporum testis*; viget *Vita memoriae*; docet *Magistra vitae*; animos tenet *Nuntia vetustatis*? Munus adeo memorabile lectores, si grati haberi volunt, eo magis praedicent, quo minus authores possunt. Qui si nunc viverent, et luce suis monumentis reddita fruerentur, omnes uno ore iustissimas Tibi gratias agerent. Tali PROCOPIUS Caesariensis officio non contentus, probaret meum; visaque hac suorum Operum nuncupatione, mihi consilium optimum, sibi famam, immortalitate Nominis tua mansuram gratularetur. Stylum etiam, credo,

Tibi suum dicaret, illectus copia ac splendore materiae, quam suppeditas. Collecta in unum decora intuens, quae in clarissimis aevi sui magistratibus laudavit, eum esse Te fateretur, qui nec Symmacho Christiana beneficentia, nec Boëtio erudita pietate inferior, Proclum integritate, prudentia Phocam, lenitate animi Basilidem superes. Erunt forte qui Tribonianum Oraculum fori nominent: si tamen hos libros legerent, nihil in eo fuisse dicent, quod suspicere debeas, aut invidere possis. immo vero requirent multa, quae egregio virtutis ac doctrinae cum natura consensu in Te posita sunt; et senectutem tuam incredibili vigore corporis animique, singulari apud Principes gratia, et amplissima in subditos authoritate beatissimam faciunt. Ille satis habuit Ius scribere: Tu et scientia comprehensum tenes, et moribus exprimis, facienda factis commonstrans. De tribunali pronuntias, quemadmodum aiebat Philosophus, *cum vultu et animo Legis, quae sine ullo impotenti motu aequum bonum constituit.* Ut vero Lex a Tullio dicitur *Mutus Magistratus;* sic Tu, Illustrissime Cancellarie, non immerito appellari potes *Lex loquens.* Quid mirum, si vocem tuam Maiestas Regia suffecit suae? cum probe sciret se nullo ore vicario melius fari quam tua posse. Non est cur Ludovicus Adeodatus Te illo excitet monito Theodati Italiae Regis: *Considera in verbis tuis laudem positam Principalem. Fama nostra est quod loqueris: conscientia sine dubitatione quod sentis.* Adeo non quidquam profers, cuius ipsum vel pudere possit, vel poenitere; ut per Te obtento bonorum assensu, quo nihil est gloriosius, fidele mentis optimae testimonium, quo nihil dulcius, confirmetur. In sacrarium admissus augusti pectoris, quanta cum dignitate id reseras, et splendorem exhibes Numinis, quo plenum est! Hinc illa erga Regem maximum venerationis ad amorem accessio, et incrementum obsequii: cuius causa in extremum venisti discrimen; cum sacrilegus perduellium furor in rhedam, qua vehebaris, facto impetu, tecum Fidem, Constantiam, Aequitatem perdere tentavit. Nec dubito quin coelestis manus aliqua hebetaverit crudele ferrum, lethiferumque ignem extinxerit, ne Religio praesidium amitteret; et Pax civilis, cuius exilio sacra omnia turbari solent, reditum desperaret, sequestro orbata sapientissimo.

Te sospite rediit, viam nacta consiliis tuis expeditam: revexit opes: male dissipatas vires coëgit, Gallisque universis optabilem Victoriam revocavit. Mox ambae Regnum bearunt; dum altera vigeret domi, Te administrante Rempublicam altera foris domaret hostes, ac supplices Regum praestantissimo sisteret. Nisi Pacem domesticam fovisses, haud coacti fuissent exteri communem ab eo petere. Hanc, ipsorum iniuriis pridem pulsam, Iusti Filius reverti iussit; reducemque *osculata est Iustitia;* ideo nunquam a nostris digressa partibus, quia Te vindicem et assertorem habuit sub amantissimo Principe. Cui sane Procopius meus in ordine infimo servire mallet, quam inter primarias dignitates Iustiniano. Urbis quidem Praefecturam gessit; sed eo tempore, quo Byzantium adeoque Imperium profligari Imperator siverat, nimium tribuens improbis magistratibus: quorum culpa fiebat, ut pacis artes belli fraudibus peiores essent. Inde, ut caetera taceam, nata est Historia arcana: qualem hic author nequiret apud Te meditari; ubi nihil odiosum, sed omnia plausu et amore digna publico videret. Res demum tuas scripturus, quid optaret aliud, nisi parem argumento facultatem dicendi? quid timeret, nisi modestiae offensionem tuae? Iam, si illius promissi memor, quo se obstrinxit in libris de Bello Gotthico, Religionis controversias mandaret literis, et opus ad hoc usque tempus perduceret; ibi Tu emineres sub utroque Ludovico. Neuter profecto sui in errorum monstra odii Ministro usus est ullo, qui longius quam Tu a prece pretioque refugerit. Quoties Calvini haeresis, cuius extremos anhelitus huc e propinquo missos facile audio, in Te circa regios cancellos fremuit? cum frustra satageret ad sigillum irrepere; ut eo munita grassaretur liberius, numerumque perditorum augeret. Tunc videlicet cavisti diligentissime, ne sacra Lilia maculam contraherent, et verendos Principum vultus pollueret cera, quam indulgentia nimia mollivisset. Nihilo plus profecit larva recentior Augustinum mentiens, turpisque Novitas Antiquitatem simulans venerabilem. Longius prorupissent damnata in coelo ac terris capita; nisi Tu Dei Regisque causam toto pectore amplexus, dedisses operam, ut suis deiecta praesidiis, latebras procul quaerere cogerentur. Utinam illuc intraret salutaris pudor, neque au-

derent novum petere Concilium, qui toties Tridentinum risere. Quod si hodie coetus eiusmodi indiceretur; Sorbona, Academiarum Regina, secum reputans, quanta cum laude ipsius comitia temperaveris, procul dubio suaderet, ut amplissimi consessus cognitor optareris, reluctantibus licet defensoribus Gratiae, fato quodam ineluctabilis. Vinceret assensus ECCLESIAE, quae in tuo erga se studio plurimum ponit: neque ignorat sua interesse, ut memoriam virtutis inclytae emori minime sinat. Quare sibi charissimum SEGUIERII nomen suis consecrabit annalibus, et egregiae in Sedem Apostolicam observantiae exemplum posteritati proponet. Nos vero minimi tantae parentis filii, quibus hoc impensius faves, quo iniquius ab illius adversariis petimur, quid non efficeremus; si et promeritis in nos tuis, et nostrae erga Te voluntati par facultas suppeteret? Equidem scio, eorum, quibuscum vivo, neminem opera egere mea, ut quo sit animo patefaciat. Quoniam tamen interpretis munus, haud adeo ab hac mea mediocritate ingenii alienum, suscepi; hic mihi liceat maxime communia inter nos sensa paucis exponere. Certius enimvero meam ac Sociorum mentem, quam Procopii, hominis externi, totque abhinc saeculis mortui, explicabo. Quaecunque in Toga supremus apex tribunalium postulat, ea nos summa in Te miramur omnia, ILLUSTRISSIME CANCELLARIE. Ex iudicio tuo existimationem pendere nostram putamus. In benevolentia, qua tueri nos et cohonestare non desinis, conquiescimus. Nunquam pigebit honori tuo servire. A Te collata in universos benignitas ita singulos afficit, ut eam pro se quisque cum palam apud homines praedicet, tum privatim commemoret Superis, ac perdiuturnam precetur Tibi incolumitatem. Haec vere profitetur

ILLUSTRISS. AMPLITUDINI TUAE,

Tolosae VI. Kal. Octob.
An. M. DC. LXI.

Deditissimus et obsequentissimus
CLAUDIUS MALTRETUS
e Societate JESU.

CL. MALTRETI PRAEFATIO.

LECTORI.

Si consilium est, ERUDITE LECTOR, hos Libros non prius legere, quam Auctorem pernoveris qualis fuerit; hinc oculos et manum converte ad consequentem Tomum. Ibi Nicolaus Alemannus, vir doctrina praestans, suis in Historiam Arcanam Praefationibus te voti compotem faciet: simul etiam docebit, quot et quam graves temporis hominumque iniurias PROCOPII Caesariensis pertulerint. Quod autem vir idem clar. faciendum reliquit aliis de veteri illorum interpretatione iudicium; id sibi sumpserat Iosephus Scaliger, suorum sydus, cum haec ad Davidum Hoëschelium scriberet: *Recte iudicas dignum esse Procopium, qui edatur, et quia dignus, et quia male ab Interprete acceptus est. Qui et τὰ καιριώτατα omiserit, et quae retinuit, pessima fide converterit. Nam et finem Belli Gothici iusto pene volumine fraudavit.* Hoc ultimum censurae caput proprie convenit in Christophorum Personam Romanum: qui Tetradem secundam librorum de Bellis ita truncavit, ut triadem fecerit. Caeterae reprehensionis partes ei communes sunt cum Raphaele Volaterrano, Tetradis prioris Interprete. Quando Scaliger ea, quae modo retuli, ad amicum scribebat, Graeca Procopii monimenta nondum praelo in publicum emissa fuerant; praeterquam libri περὶ κτισμάτων: qui quam essent mutili, in loco dicam. Hos multo auctiores Hoëschelius cum

Historia Bellorum Graece edidit Augustae Vindelicorum, anno Christi 1607. Exinde in scriptoris huius Interpretes virorum eruditorum querela increbuit. Nam versione cum Graeco textu collata, incredibilem perversitatem videbant, dolebantque quod Historia nobilissima tam male in Italia fuisset habita, ubi olim ipsius pater nihil damni a Gotthis, quanvis hostibus, accepisset. Optabant vero ut ingenii praestantissimi soboles conditione quam fieri posset optima Latio donaretur. Instante Iosepho Scaligero, id tentavit Bonaventura Vulcanius: deinde incoepto destitit, senio confectus. Negotium in se ultro receperat Daniel Heinsius, tum iuvenis, in quo diligentia, Scaligero teste, cum eruditione certabat. At illum alia studia sic averterunt, ut promissi munus haud comparuerit. Nec postea extitere libri quatuor de Bello Gotthico, ab Hugone Grotio, ut fama erat, in Latinum conversi: quos nunquam profecto vidi. Cum igitur provincia ab omnibus relicta vacua videretur, eam ego suscepi, iis auctoribus, quibus nihil negare poteram. Excepi tamen Anecdota: propterea quod illam partem Nicol. Alemannus iam feliciter occupaverat. Nunc tuum est, Lector, explorare, si vacat ac lubet, qua rem gesserim fide. In primis vide num actum egerim. Quod ut minori cum taedio faceres, consilium secutus sum eruditissimi P. Philippi Labbe, viri de me optime meriti. Nimirum libros partitus in capita, suum cuique argumentum paucis comprehensum praefixi; ut ibi, lectione fessus, tanquam ad viales lapides sedeas ac respires. Lacunas in hoc Tomo invenies omnino duas aut tres, easque tam breves, ut facillime et minimo quasi saltu transmitti queant. Tot vero tantasque habet editio Augustana, ut in unum collectae, dimidiam fere partem exaequent unius libri. Si placet iter hic complanatum, Lucae Holstenii τοῦ μακαρίτου memoriam grato animo cole. Quae enim deerant, ea ille ex MS. Codice Vaticano supplevit pro suo in literas, quarum decus erat, amore maximo. Non pauca in Graeco textu correxi, partim propria coniectura, partim ope R. P. Petri Possini: cui debeo, quidquid discipulus Magistro optimo doctissimoque debere potest. Is Romae cum MS. Vaticano exemplar Augustanum, quo tanquam fundo novae editionis utebar, contulit, et quas notavit discrepantes lectiones,

humanissime communicavit. Ac ne iudicio tuo quidquam subtraherem, omnia fidelissime exposui in Tomo altero: quo Lectiones varias et utriusque textus emendationes reieci. Porro si me audies, prinsquam caput aliquod legas, illic inspicies quae ad ipsum pertinent. Quo fiet ut te nec menda Typographica morentur, nec facile in errorem inducant nonnulla παροράματα mea, a me tum solum animadversa, cum iam typis cusa relegerem. Relegi autem omnia quam accuratissime potui, et quidem animo Censorio: ita ut ubicunque peccasse me vidi, culpam, ut par est, mihi ipse nominatim assignem in emendationibus meis. Multo autem saepius peccassem, nisi domi consuluissem virum disciplinis excultissimum, P. Ioannem Fayonum. Si quid praeterea corrigendum videbitur, libenter a monitore quovis accipiam, et beneficium profitebor in Notis: quae, si Deus siverit, primam partem efficient tomi tertii *). Altera pars constabit ex Opusculis Poeticis, quorum hic seriem proponam. Elegantem habeo templi S. Sophiae et ambonis ἔκφρασιν, quam Paulus Silentiarius, aequalis Procopio, versibus scripsit hexametris, numero supra 1200. Haec ad Procopii libros de Aedificiis apta erit appendix cum Collectione epigrammatum veterum Christianorum, quae olim Constantinopoli, et in aliis Graeciae civitatibus, sacris aedibus inscripta legebantur. Id totum, ex MSS. Palatinis Bibliothecae Vaticanae depromptum, ad me misit Ill. Lucas Holstenius. Historiam Procopianam contingunt Corippi libri quatuor de laudibus Iustini minoris. Hos multo castigatiores possum edere, adiunctis Ruizii Assagrii et Dempsteri Annotationibus. Neque enim animus est quenquam fraudare honesti laboris fructu. Latino huic Poëtae, iam bis quidem edito, sed plane a Bibliopolis distracto, addere vellem Graecum, qui Corippum videre potuit; Georgium dico Pisidam, magnae Ecclesiae Constantinop. Diaconum. Eius libri, Holstenii beneficio, penes me sunt, adhuc inediti, de Laudibus Heraclii Imperatoris, duo: de Bello Persico eiusdem Heraclii, tres: de Bello Avarico ad muros urbis Constantinop. unus. Nec male Georgio Pisidae conveniet

[*) Qui non prodiit.]

cum Theodosio itidem Diacono: cuius ἀκροάσεις quinque de capta a Romano Aug. Creta mihi describendas curavit Ill. Leo Allatius, Custos Bibliothecae Vaticanae, et in arce illa Reip. literariae meritissimo collocatus. Tu vero, LECTOR, interea Procopio fruere: ac si minus opera in eum collata, certe animus placeat, quo et rem facere tibi gratam, et publicae utilitati servire volui.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Α Ι.

ARGUMENTUM P 1 V 223

LIBRORUM OCTO PROCOPII,

EX AGATHIAE SCHOLASTICI LIB. I. P. 7—10. ED. PARIS.

Τὰ πλεῖστα τῶν κατὰ τοὺς Ἰουστινιανοῦ χρόνους γεγενημένων
ἐπειδὴ Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι τῷ Καισαρείαθεν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀνα-
γέγραπται, παρετέον ἐκεῖνα ἔμοιγε, ἅτε δὴ ἀποχρώντως εἰρημέ-
να· τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνον ὡς οἷόν τε διεξιτέον. προοίμια μὲν
γὰρ αὐτῷ τῆς ἱστορίας Ἀρκάδιος ἀποβιοὺς ἐποιήθη, καὶ τῷ
ἐκείνου παιδὶ Θεοδοσίῳ Ἰσδιγέρδης ὁ Περσῶν βασιλεὺς κηδεμὼν B
γεγενημένος, τά τε Οὐαραράνῃ καὶ Περόζῃ ξυνενεχθέντα· καὶ
ὅπως Καβάδης βασιλεὺς καταστὰς ἀφῄρηται τὴν ἀρχὴν καὶ εἶτα
θᾶττον αὐτὴν ἀνεκομίσατο, ὅπως τε Ἄμιδα ἥλω πρὸς αὐτοῦ, Ἀνα-
στασίου Ῥωμαίων βασιλεύοντος, καὶ ὅσους αὖθις μετ' ἐκεῖνον
Ἰουστῖνος ὁ πρεσβύτης ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ διεδέξατο πόνους. ἑξῆς C
δὲ τοὺς Περσικοὺς πολέμους ὁπόσοι δὴ πρός τε Καβάδην καὶ Χοσ-
ρόην ἀμφὶ Συρίαν καὶ Ἀρμενίαν, καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ Λαζῶν ὅρια

2. Alterum τῷ additum ex R (i. e. codice Rehdigerano Vratislaviensi). 6. ἰσδιγέρδης R. Ισδηγέρδης P. 7. Οὐαραράνῃ Niebuhrius. οὐαραβάνῃ R. Οὐαράνῃ P.

Quoniam Procopius Rhetor Caesariensis partem maximam rerum aetate Iustiniani gestarum accurate conscripsit, eas quidem praetermitti a me oportet, quippe satis iam explicatas: quae vero postea sunt consecutae, illas pro mea facultate tractare debeo. Historiam suam exorsus est ab Arcadii obitu, et commissa Theodosii eius filii tutela Isdegerdi Persarum Regi. Tum narrat quae Vararani ac Perozi contigere, et quo pacto Rex factus Cabades abrogatum sibi imperium brevi recuperaverit: praeterea uti Amida ab Anastasio Romanorum Imperatore fuerit capta: et quantum postea Iustinus senior elaboraverit in coeptis. Succedunt his bella Persica, quae cum Cabade et Chosroe in Syria, Armenia et Lazicae finibus

Ἰουστινιανῷ τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι διαπεπολέμηνται, τούτους
δὲ ἅπαντας ἐκ τῶν Προκοπίου λόγων ἄριστα ἂν διαγνοίης, Γελί-
D μερά τε τὸν Βανδίλον, καὶ Καρχηδόνα τὴν πόλιν, καὶ τὴν ξύμ-
πασαν χώραν τῶν Ἄφρων ἀπὸ Βονιφατίου τε καὶ Γεζερίχου καὶ
τῆς ἐν τῷ τότε ἀποστάσεως πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Ἰουστινια-
νῷ δουλωθεῖσαν, καὶ πάλιν τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας μέρος γε-
γενημένην. μετὰ δὲ τὴν τῶν Βανδίλων κατάλυσιν, καὶ ὅσα οἱ
P 2 Μαυρούσιοι τὸ ἔθνος ἔδρασάν τε καὶ πεπόνθασι πολλαχοῦ τῆς
Λιβύης κατὰ Ῥωμαίων παρατασσόμενοι· ἔτι τε Στότζας καὶ
Γόνθαρις Ῥωμαίων μὲν ἥστην, τυράννω δὲ καταστάντε μεγί-
στων συμφορῶν τε καὶ στάσεων αἰτιωτάτω τῇ Λιβύῃ γεγόνατον,
καὶ ὡς οὐ πρότερον ἐλώφησε τὰ δεινά, πρὶν ἐκείνω τὼ ἄνδρε δια-
φθαρῆναι. ἀλλὰ καὶ τάδε ἀμέλει ἅπαντα εὕροις γε ἂν ἐν ἐκεί-
B νοις, ὅπως τε ἡ στάσις ἡ ἐμφύλιος ἐν Βυζαντίῳ κατὰ τοῦ βασι-
λέως ἀρθεῖσα καὶ ἐπὶ μέγα κακοῦ ἀφιγμένη τὰ κοινὰ ἐδηλήσατο,
τάς τε τῶν Οὔννων ἐπιδρομάς, ὡς δὴ ἐν τῷ τότε τὸν Ἴστρον πο-
ταμὸν περαιωθέντες μέγιστα οἷα τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐλυμήναν-
το, Ἰλλυριούς τε καὶ Θετταλοὺς καὶ τὰ πλεῖστα τῆς Εὐρώπης
ληϊσάμενοι, μέρος δέ τι καὶ τῆς Ἀσίας, τὸν Ἑλλήσποντον διαβάν-
τες. Σουρὼν δὲ ἡ πόλις ἡ ἐν Συρίᾳ καὶ Βέρροια καὶ Ἀντιόχεια ἡ
C πρὸς Ὀρόντῃ ποταμῷ ὅπως οἰκτρότατα ὑπὸ Χοσρόου πεπόρθην-
ται, τήν τε Ἐδέσσης πολιορκίαν, καὶ ὅπως ἐνθένδε ἀποκρουσθεὶς

2. Γελίμερα Niebuhrius. Γελίμερ P. 8. τῆς] τε R. 9. λιβύης R. λιβύας P. 11. τῇ λιβύῃ] τῆς λιβύης R. 16. ὡς R corr. pro ὅς. οἷ P. 18. Ἰλλυριούς] ἰλλυρίους P. 19. τὸν] τὴν R. 20. σουρὼν R. σουρῶν P.

Iustinianus Augustus gessit. Haec omnia e Procopii libris plane cognosces: item Gelimerem Vandalum, et urbem Carthaginem, adeoque Africam universam longo intervallo post Bonifacii ac Gezerici tempora ortamque tum defectionem in potestatem venisse Iustiniani, atque ita redditam Imperio Romano suam hanc partem. Post Vandalorum excidium, habes quaecumque Mauri, multis in locis Africae cum Romanis congressi, et fecere et passi sunt: deinde Stotzae et Gontharidis, qui partes Romanorum sequebantur, tyrannidem, et hinc natas calamitates ac seditiones maximas Africae, nec nisi utriusque viri caede ac sanguine extinctas. Haec ibidem reperies: quemadmodum seditio civilis contra Caesarem excitata Byzantii, evaserit in magnam perniciem, remque publicam labefactarit. Adde incursiones Hunnorum: qui Istro tunc transito, Illyricum, Thessaliam, et plerasque Europae provincias; traiecto demum Hellesponto, partem aliquam Asiae populati, Imperium Romanum damnis gravissimis affecerunt. Illud etiam, ut in Syria a Chosroe urbs Sura, Berrhoea, et sita ad Orontem fluvium Antiochia miserrime direptae fuerint: ut idem cincta obsidione

ἔπειτα ἀπιὼν ᾤχετο. πάρεστι καὶ ταῦτα ἐν τοῖσδε θεάσασθαι, τάς τε τῶν Αἰθιόπων καὶ Ὁμηριτῶν παρατάξεις καὶ ὅτου δὴ χάριν ἄμφω ἐκείνω τὼ φύλω ἐς τίδε δυσμενείας ἠλθέτην. εἴρηται δὲ αὐτῷ πολλὰ καὶ τοῦ μεγίστου λοιμοῦ πέρι, ὅπως τε τὴν ἀρχὴν κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ἐς τὸ ἀνθρώπειον γένος εἰσήρρησε, D
καὶ ὁποῖα ἄττα παράλογα ἐν αὐτῷ ξυνηνέχθη. ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁπόσα ὕστερον τῷ Ῥωμαίων στρατῷ ἀνὰ τὰ Λαζῶν πολίσματα καὶ Πέτρας τὸ φρούριον, πρός τε Χοριάνην καὶ Μερμερόην καὶ τὰ Περσικὰ ἐξείργασται πλήθη, καὶ ταῦτα ἐκεῖθεν ἀναλεκτέον. μεταβάντι δὲ οἱ ἐπὶ τῆς ἑσπέρας, ὅπως τε Θευδέριχος ὁ τῶν Γότθων βασιλεὺς ἀπεβίω καὶ Ἀμαλασοῦνθα ἡ τοῦδε παῖς ὑπὸ Θευδάτου ἀνῄρηται, καὶ ἅπαντα ὧν δὴ ἕνεκα ὁ Γοτθικὸς πόλεμος P 3
ἀνερράγη, οὐδὲ ταῦτα ἐκείνῳ παρεῖται· οὐμενοῦν ἀλλ' οὐδὲ ὅπως Οὐίττιγις ὁ μετὰ Θεύδατον τοῦ Γοτθικοῦ γένους κρατήσας ὑπὸ V 224
Βελισαρίου τοῦ στρατηγοῦ μετά γε πλείστους ὅσους ἀγῶνας δορυάλωτος εἰς τὸ Βυζάντιον ἧκται· οὐδέ γε ὅπως Σικελία τε καὶ Ῥώμη καὶ Ἰταλία τοὺς ἐπήλυδας ἀποβαλοῦσα βαρβάρους πάλιν B
ἤθεσι πατρίοις μετεκοσμεῖτο. λάβοι δὲ ἄν τις ἐνθένδε καὶ ὅτι Ναρσῆς ὁ τομίας ἐς Ἰταλίαν ἐστάλη, στρατηγὸς αὐτοκράτωρ πρὸς τοῦ βασιλέως γεγενημένος, τούς τε κλεινοὺς ἐκείνους πολέ-

3. φύλω R. φίλω P. 6. ἄττα R. ἅσσα P. ibid. γὰρ καὶ] καὶ om. R. 11. Θευδάτου R. Θεοδάτου P. 13. ἀλλ' οὐδὲ R. οὐδ' P, omisso ἀλλ'. 14. Οὐίττιγις Niebuhrius. Οὐίτιγις P. ibid. Θεύδατον R. Θεόδατον P. 15. γε R. τε P. ibid. ὅσους om. R. 16. ἧκται R. ἵκται vulgo apud Agathiam: nam in P verba εἰς τὸ Βυζάντιον ἵκται exciderunt. 19. τομίας] ταμίας R. 20. τούς τε R. τοὺς δὲ P.

Edessa pulsus abierit. Insuper videre est Aethiopum et Homeritarum inter se pugnas, et causam cur hostili odio mutaverint amicitiam. De pestilentia teterrima Author ille non pauca dixit: in primis quomodo tunc temporis humanum ea genus invaserit, quamque inauditos habuerit et a communi intelligentia remotos casus. Legenda quoque apud eundem quaecunque exercitus Romanus ad oppida Lazicae et Petrae castellum adversus Chorianem et Mermeroem copiasque Persarum patravit. In Occidentem transgressus, mortem Theoderici Gotthorum Regis, filiaeque eius Amalasunthae necem a Theodato illatam, et omnia, ex quibus bellum erupit Gotthicum, non indiligenter exponit. His adiicit, quo pacto Vitigis, qui Theodato mortuo Gotthis imperavit, post multa certamina a Belisario Duce captus fuerit et Byzantium deportatus: tum qua ratione Sicilia, Roma, adeoque Italia, exactis Barbaris advenis, ad mores et instituta patria se receperint. Inde quoque discere licet Narsetis spadonis profectionem, eique datum a Caesare imperium in Italiam, et praelia illa inclyta, quae cum To-

μους, οἳ δὴ αὐτῷ πρὸς Τωτίλαν ἄριστα διαπεπόνηνται· ὅτι τε
C αὖθις μετ' ἐκεῖνον Τέϊας ὁ Φρεδιγέρνου τὴν Γοτθικὴν ἡγεμονίαν
διαδεξάμενος οὐκ ἐς μακρὰν καὶ αὐτὸς ἀνῃρέθη. ταῦτα δὲ πάν-
τα ἐς ἕκτον τε καὶ εἰκοστὸν ἔτος τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας γε-
γένηται, καὶ Προκοπίῳ μὲν τῷ ῥήτορι ἐν τοῖσδε, οἶμαι, αὐτῷ
τὰ τῆς ξυγγραφῆς διήνυσται καὶ ξυνετελέσθη· ἐγὼ δὲ ....
καὶ τὰ ἑξῆς.

1. *Τωτίλαν*] *τώτιλλαν* R.

tila fortissime conseruit: denique quonam modo Fredigerni filius Teias, qui proxime successit in regnum Gotthicum, et ipse brevi interierit. Haec omnia ad annum usque vigesimum sextum principatus Iustiniani sunt gesta: ibique, opinor, Procopius Rhetor Historiae suae finem imposuit. Ego vero ...... etc.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ H 1 P 5 V 225
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ Α΄ ΤΕΤΡΑΔΟΣ Η Α΄.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ — Η Α΄.] *ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΤΕΤΡΑΔΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛ. Α΄* P. Mutatum ex A.

PROCOPII CAESARIENSIS
HISTORIARUM TETRADIS I.
LIBER I.

ARGUMENTUM.
EX EDITIONE MALTRETI.

Aperit auctor propositum suum. Utilitatem, fidem ac dignitatem ostendit huius historiae. Contra antiquitatis laudatores praeposteros, aetatis suae sagittarios egregie defendit. (Cap. 1.) *Moriens Arcadius Aug. tutelam Theodosii filii sui mandat Isdigerdi, Persarum regi. Huius fides optima. Theodosii legatus Anatolius et Vararanes Persarum rex illustre inter se edunt urbanitatis exemplum. Pax componitur.* (2.) *Perozes rex Persarum bello petit Ephthalitas, sive Hunnos albos. Barbarorum istorum mores, inprimis mira lex amicitiae. Tenetur Perozes insidiis. Periculi ignarus monetur parabola. Ut evadat, perpetuam Ephthalitis pacem spondet, iuratque per salem patrio ipsorum more. Eorum regem adorare iussus facti ignominiam astu elevat.* (3.) *Altera Perozis expeditio in Ephthalitas. Horum apparatus et stratagema. Salem, per quem Perozes iuraverat, e cuspide vexilli regii suspensum praeferunt. Persarum insignis clades. Per digressionem narratur piscatio unionis pretiosissimi, quem Perozes gestabat. Ex ea clade lex nata militaris. Extincto cum triginta filiis Perozi succedit Cabades natu minimus.* (4.) *Cabadis lex de promiscuo foeminarum usu irritat subditos. Blasi Perozis fratri regnum defertur, quippe haereditarium. In comitiis abhorrent omnes a crudeli Gusanastadis sententia in Cabadem, quem malunt includere in castellum Oblivionis. Huius origo nominis ex lege, contra quam venit nemo unquam nisi Pacurius. Hinc auctor digreditur ad memorabilem historiam et tragicum exitum Arsacis regis Armeniae.* (5.) *Cabades elabitur uxoris ope et Seo-*

sis. Regnum recipit. Magistratus apud Persas haereditarii. More facinorosorum excaecatur Blases. Interfecto Gusanastadi sufficit Cabades Adergudunbadem, et Chanarangem creat. Seosem nova dignitate Adrastadaranssalanis ornat. (6.) *Roganti mutuum argentum Cabadi negat Anastasius Aug. Hinc bellum. Obsidetur a Persis Amida. S. Iacobi Eremitae miraculum. Felix omen capiunt Magi ex impudentia meretricum Amidenarum. Credita turris custodia Monachis. Eorum somnolentia urbem perdidit. Appositum sacerdotis responsum exarmat Cabadem. Captivi cives postea dimissi. In eos benignitas Anastasii.* (7.) *Romani exercitus duces. Appion Praefectus castrensis aerarii. Dissidium ducum. Occurrit Cabades. Fuga Areobindi magistri militum per Orientem. Patricius atque Hypatius cladem accipiunt. Celer excurrit in Arzanenen.* (8.) *Romani Amidam obsident. Glones Persarum dux in insidias a rustico deductus interit. Persae parcunt aedificiis. Eorum in ferenda fame constantia. Amida pretio recipitur. Induciae annorum* 7. (9.) *Portarum Caspiarum descriptio. Ibi conditum ab Alexandro Magno castellum recusat emere Anastasius ab Ambazuce: quo mortuo, illud Cabades occupavit. Anastasius ex vico Dara Anastasiopolin facit, ac moenibus cingit Theodosiopolin.* (10.) *Anastasio succedit Iustinus. Cabades Persarum rex de successore cogitat. Caoses, Zames, Chosroes tres eius filii. Lex Persica mutilos a regni successione excludit. Cabades Chosroem adoptandum Iustino offert. Procli Quaestoris gravis oratio. Decernitur Chosrois adoptio per arma. Legati conveniunt. Solvitur eorum coetus infecta re. Origo odii Chosrois in Romanos. Seosis exitus funestissimus. Lex Persarum de non humandis mortuis. Rufinus Hypatio periculum creat.* (11.) *Situs Iberiae. Eius incolae Christiani optimi, iussi a Cabade non sepelire mortuos, ad Iustinum deficiunt, cum rege suo Gurgene. Probus Bosporum mittitur ad contrahenda auxilia. Varizes dignitatis nomen apud Persas. Res Lazicae et Persarmeniae. Belisarius et Sittas adolescentes Iustiniani satellites. Belisarius a Iustino numeris Darenis praepositus consiliarium habet Procopium.* (12.) *Iustinianus Iustini successor Belisario mandat ut castellum extruat Mindone. Opponunt se Persae et Romanos clade afficiunt. Belisarius magister militum per Orientem cum Hermogene magistro officiorum Romanos ad insigne praelium praeparat. Campi et aciei Rom. dispositio. Mirrhanes nomen Persicae dignitatis, qua insignis Perozes dux summus Persarum. Velitatio. Singularia certamina sane egregia.* (13.) *Belisarii et Mirrhanis mutuae literae. Utriusque conciones. Aciei Persicae dispositio. Cur meridie pugnam Persae inierint. Praelium memorabile. Ingens Persarum clades.* (14.) *Exercitus in Armeniam a Cabade missus. Sittas magister militum per Armeniam: Dorotheus Armeniae dux. Victi bis Persae. Tzanorum sedes patriae et mores. Christianam religionem amplectuntur. Pharangium et Bolum Romani Persis eripiunt. Narses et Aratius ad Romanos transfugiunt.* (15.) *Rufini de pace legati ad Cabadem oratio. Respondet Cabades. Rufinus Byzantium redit. Iustinianus absolvit annum imperii quartum sub initium veris.* (16.) *Irruptio Persarum in Euphratesiam, olim dictam Commagenem. Origo nominis utriusque. Euphratis ac Tigridis fontes et cursus. Fanum Dianae Tauricae. Ex eo Iphigeniae fuga cum Oreste: huius morbus. Duplex ab ipso condita Comana. Unde sic dicta utraque. Dianae et Iphigeniae templa Christiani habent. Euphratis ab Acilisene in Assyriam cursus. Osroene. Mirrhanes a Cabade qua ignominia notatus. Oratio Alamundari ad Cabadem. Qualis vir Alamundarus. Qui duces: qui phylarchi.* (17.) *Exercitus Persici dux Azarethas; viae, Alamundarus. In Euphratesiam properat cum copiis Belisarius. Abeunte hoste sapienter cunctatur. Paschale festum quam sanctum. Belisarius a temerario praelio suos dehortatur. Eorum contumaciae cedit Azarethae concio. Praelium.*

Romanorum clades. Belisarii virtus. Persarum mos in recognoscendo exercitu coram rege. Azarethas a Cabade male acceptus. (18.) *Statuit Iustinianus inire societatem cum Aethiopibus et Homeritis. Descriptio sinus Arabici. Urbs Aila. Insula Iotabe Palmetum. Maaddeni. Homeritae. Aethiopes Auxomitae. Bulicas. Urbs Adulis. Aethiopum naves cuiusmodi. Quantum viae ab Auxomide ad imperii Romani limitem in Aegypto. Elephantine. Blemyes et Nobatae. Diocletiani circa illos consilium. Philae. Barbara Blemyum sacra. Philarum templa diruta Iustiniani iussu.* (19.) *Hellistheaeus Aethiopiae rex Christianus. Iudaeos Homeritas vincit, illisque regem imponit Esimiphaeum Christianum: cui postea expulso sufficitur Abramus e servo rex. Inanes contra hunc Hellisthaei conatus. Iulianus Iustiniani legatus ad Aethiopes et Homeritas. Commercium Serici, ex quo fit vestis, Medica olim, nunc Serica dicta. Nullus legationis fructus.* (20.) *Ex Oriente revocatur Belisarius ad expeditionem Vandalicam. Sittas illi succedit. Persae Martyropolin obsident. Exploratore Persa corrupto utitur Iustinianus. Cabadis Persarum regis testamentum et obitus. Praeterito Caose natu maximo, Chosroes rex declaratur, opera Mebodis. Obsidione Martyropolis liberatur.* (21.) *Legati Romani ad Chosroem. Pacis conditiones. Quid centenarium. Turbatur pacificatio. Rufini apud Chosroem gratia. Pax demum componitur.* (22.) *Ingenium Chosrois. Facta in eum coniuratio funesta suis auctoribus. Mira Cabadis pueri fortuna. Adergudunbadis infelix benignitas. Mebodis indigna mors. Quanta calamitas sedentium iussu regis in tripode ferreo.* (23.) *Seditio Byzantina. Insania factionum Circi. Seditionis initium. Triste incendium. Seditiosorum tessera νίκα, quae vox in nomen transiit seditionis illius. Ioannes Cappadox Praefectus Praet. et Tribunianus Quaestor, qui viri. Iis suffecti Phocas et Basilides. Hypatius per vim a populo fit imperator. Origenis senatoris oratio. Ducitur in Circum Hypatius. Fugam dissuadet Theodora Aug. generosissima oratione. Belisarius et Mundus ad Circum armati vadunt. Caeduntur civium* XXX. M. *Hypatius et Pompeius confossi proiiciuntur in mare.* (24.) *Quaesturam recipit Tribunianus; Praefecturam Ioannes Cappadox, qui decimo magistratus anno poenas improbitatis dedit. Ad annum illum auctor transilit, et insidias narrat ab Antonina Ioanni structas post reditum Belisarii e bello Gotthico. Exutus Ioannes Praefectura fit sacerdos invite et Petri nomen induit. Ascribitur illi caedes Eusebii Episcopi. Summa eius calamitas.* (25.) *Redit Procopius ad tempus compressae seditionis. Belisarius iterum magister militum per Orientem, missus in Africam debellat Vandalos. Legatio Persarum in speciem gratulatoria. Darae Ioannes tyrannus e medio tollitur.* (26.)

α΄. Προκόπιος Καισαρεὺς τοὺς πολέμους ξυνέγραψεν, οὓς Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς πρὸς βαρβάρους διήνεγκε τούς τε ἑῴους καὶ ἑσπερίους, ὥς πη αὐτῶν ἑκάστῳ ξυνηνέχθη γενέ- P 6 σθαι, ὡς μὴ ἔργα ὑπερμεγέθη ὁ μέγας αἰὼν λόγου ἔρημα χειρωσάμενος τῇ τε λήθῃ αὐτὰ καταπρόηται καὶ παντάπασιν ἐξίτηλα θῆται, ὧνπερ τὴν μνήμην αὐτὸς ᾤετο μέγα τι ἔσεσθαι καὶ ξυνοῖσον ἐς τὰ μάλιστα τοῖς τε νῦν οὖσι καὶ τοῖς ἐς τὸ ἔπειτα γενησομένοις, εἴ ποτε καὶ αὖθις ὁ χρόνος ἐς ὁμοίαν τινὰ τοὺς ἀνθρώπους ἀνάγκην διωθοῖτο. τοῖς τε γὰρ πολεμησείουσι καὶ ἄλλως ἀγωνιουμένοις ὄνησίν τινα ἐκπορίζεσθαι οἷά τέ ἐστιν ἡ τῆς ἐμφεροῦς ἱστορίας ἐπίδειξις, ἀποκαλύπτουσα μὲν ὅπη ποτὲ τοῖς προγεγενημένοις τὰ τῆς ὁμοίας ἀγωνίας ἐχώρησεν, αἰνισσομένη δὲ ὁποίαν τινὰ τελευτὴν τοῖς γε ὡς ἄριστα βουλευομένοις τὰ παρόν- B τα, ὥς τὸ εἰκός, ἕξει. καί οἱ αὐτῷ ξυνηπίστατο πάντων μάλι- V 226 στα δυνατὸς ὢν τάδε ξυγγράψαι κατ᾽ ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δὲ αὐτῷ ξυμβούλῳ ᾑρημένῳ Βελισαρίῳ τῷ στρατηγῷ σχεδόν τι ἅπασι παραγενέσθαι τοῖς πεπραγμένοις ξυνέπεσε. πρέπειν τε ἡγεῖτο ῥητορικῇ μὲν δεινότητα, ποιητικῇ δὲ μυθοποιίαν, ξυγγραφῇ δὲ ἀλήθειαν. ταῦτά τοι οὐδέ του τῶν οἱ ἐς ἄγαν ἐπιτηδείων τὰ μοχθηρὰ ἀπεκρύψατο, ἀλλὰ τὰ πᾶσι ξυνενεχθέντα ἕκαστα

3. ἑκάστῳ] ἑκάστοις A. 4. ὁ addidi ex A. 6. τὴν μνήμην] τῇ μνήμῃ P. τὴν φήμην (γρ. μνήμην) A. 7. ἐς τὸ A. εἰς τὸ P. 9. διωθοῖτο L. διωθεῖτο Lm. διάθοιτο P. 11. ὅπη] ὅποι A. 13. βουλευομένοις] βουλομένοις A. 15. ξυγγράψαι] ξυνῆ γράψαι A. 18. Alterum δὲ add. A. 19. του τῶν] τούτων H. που τῶν A. τῶν P.

1. Procopius Caesariensis bella, quae cum Orientalibus et ad Occasum positis Barbaris gesta sunt a Iustiniano Romanorum Imperatore, singulatim, ut se res habuerunt, conscripsit: ne postquam facta ingentia longinquum aevum occupaverit nuda praesidio literarum, ea tradat oblivioni, ac plane deleat. Quorum ille memoriam magni fore momenti duxit, et summe tum aetati huic profuturam, tum posteritati; si quid unquam agendum erit iam actis simile. Nam et ii, quos capit libido belli, et in primis qui praelia meditantur, historia eius generis ante oculos posita iuvari possunt; quae dum exitus demonstrat, qui superioribus contigerunt in pari discrimine, simul rerum instantium probabiles eventus indicat optime considerantibus. Illud vero sciebat Author, condendae huic Historiae idoneum se esse maxime omnium; ob aliud certe nihil, nisi quia, cum a consiliis fuerit Belisario Duci, quidquid fere gestum est vidit. Hoc etiam persuasum habuit, arti Oratoriae convenire eloquentiam; Poeticae fabularum figmenta; Historiae veritatem. Quare ne amicissimorum quidem peccata

ἀκριβολογησάμενος ἀνεγράψατο, εἴτε εὖ εἴτε πη ἄλλῃ αὐτοῖς εἰργάσθαι ξυνέβη.

Κρεῖσσον δὲ οὐδὲν ἢ ἰσχυρότερον τῶν ἐν τοῖσδε τοῖς πολέμοις τετυχηκότων τῷ γε ὡς ἀληθῶς τεκμηριοῦσθαι βουλομένῳ φανήσεται. πέπρακται γὰρ ἐν τούτοις μάλιστα πάντων ὧν ἀκοῇ ἴσμεν θαυμαστὰ οἷα, ἤν μή τις τῶν τάδε ἀναλεγομένων τῷ παλαιῷ C χρόνῳ τὰ πρεσβεῖα διδοίη καὶ τὰ καθ᾽ αὐτὸν οὐκ ἀξιοίη θαυμαστὰ οἴεσθαι, ὥσπερ οὖν ἀμέλει τοὺς μὲν νῦν στρατευομένους ἔνιοι καλοῦσι τοξότας, ἀγχεμάχους δὲ καὶ ἀσπιδιώτας καὶ τοιαῦτα ἄττα ὀνόματα τοῖς παλαιοτάτοις ἐθέλουσι νέμειν, ταύτην τε τὴν ἀρετὴν ἐς τοῦτον ἐληλυθέναι τὸν χρόνον ἥκιστα οἴονται, ἀταλαίπωρόν γε καὶ τῆς πείρας ἀπωτάτω τὴν περὶ αὐτῶν ποιούμενοι δόξαν. οὐ γάρ τις πώποτε αὐτοῖς ἔννοια γέγονεν ὅτι δὴ τοῖς μὲν παρ᾽ Ὁμήρῳ τοξεύουσιν, οἷσπερ καὶ ὑβρίζεσθαι ἀπὸ τῆς τέχνης ὀνομαζομένοις ξυνέβαινεν, οὐχ ἵππος ὑπῆν, οὐ δόρυ, οὐκ ἀσπὶς ἤμυνεν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τοῦ σώματος φυλακτήριον ἦν, D ἀλλὰ πεζοὶ μὲν ἐς μάχην ᾔεσαν, ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτοῖς ἦν ἀναγκαῖον, ἑταίρου του ἐκλεγομένοις ἀσπίδα, ἢ στήλῃ ἐπὶ τύμβῳ τινὶ κεκλιμένοις, ἔνθα οὔτε τρεπόμενοι διασώζεσθαι οὔτε φεύ-

1. ἀκριβολογησάμενος A. ἀκριβολογούμενος P. ibid. „ἀνεγράψατο Reg.“ MALT. ξυνεγράψατο P. ibid. εἰργάσθαι] εἰργάσασθαι A. 5. φανήσεται] φανήσεσθαι A, φανήσεται a m. rec. 7. καθ᾽ αὐτὸν A. κατ᾽ αὐτὸν P. 15. ὀνομαζομένοις] ὀνομαζομένης A, οις a corr. 17. ἀλλὰ —] Cum his et sequentibus Maltretus comparat Iliad. ε, 192. θ, 267. λ, 371. δ, 123. λ, 390. 18. „ἑταίρου Reg.“ MALT. ἑτέρου P. ibid. στήλῃ] στήλην A. 19. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

texit; sed cuiusque actus, pravos iuxta atque honestos, quam potuit accuratissime literis prodidit.

Quod attinet ad facinora armis edita in hisce bellis, quicunque illa volet exigere ad veritatem, nihil usquam praestantius, nihil fortius reperiet. Ea sane patrata sunt, quibus omnia, quae fama accepimus, admirabilitate concedant. Nisi forte eorum, qui haec legunt, malit quis honorarium deferre antiquitati, nec res aetate sua gestas dignetur ulla admiratione. Enimvero non desunt, qui huius aevi bellatores per contemptum *Sagittarios* vocitent: priscis autem grandia quaedam attribuant *Pugnantum comminus*, *Scutatorum*, aliaque id genus nomina; sic, ut bellicam illam intercidisse vim, neque ad nos pervenisse censeant, rudes omnino et inexperti eiuscemodi rerum aestimatores. Profecto nunquam adverterunt sagittariis Homericis, quibus artis suae nomen opprobrio vertebatur, non equum, non hastam, non scutum, nullum denique corporis munimentum fuisse; at in certamen venisse pedibus, et necesse habuisse delitescere optando sibi praesidium post clypeum commilitonis, vel ad cippum adnitendo supra sepulchrum: ubi nec fuga evadere, nec

γουσι τοῖς πολεμίοις ἐπιτίθεσθαι οἷοί τε ἦσαν, οὐ μὴν οὐδὲ ἀπὸ τοῦ ἐμφανοῦς διαμάχεσθαι, ἀλλά τι κλέπτειν ἐδόκουν ἀεὶ τῶν ἐν τῇ ξυμβολῇ γινομένων. ἄνευ δὲ τούτων οὕτως ἀταλαιπώρως
'H 2 ἐχρῶντο τῇ τέχνῃ, ὥστε πελάσαντες τῷ σφετέρῳ μαζῷ τὴν νευρὰν εἶτα τὸ βέλος ἠφίεσαν κωφόν τε καὶ οὐτιδανὸν εἰκότως τοῖς δεχομένοις ἐσόμενον. τοιαύτη μέν τις οὖσα ἡ τοξεία φαίνεται πρότερον.

P 7 Οἱ δέ γε τανῦν τοξόται ἴασι μὲν ἐς μάχην τεθωρακισμένοι τε καὶ κνημῖδας ἐναρμοσάμενοι μέχρι ἐς γόνυ. ἤρτηται δὲ αὐτοῖς ἀπὸ μὲν τῆς δεξιᾶς πλευρᾶς τὰ βέλη, ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας τὸ ξίφος. εἰσὶ δὲ οἷς καὶ δόρυ προσαποκρέμαται καὶ βραχεῖά τις ἐπὶ τῶν ὤμων ἀσπὶς ὀχάνου χωρὶς, οἵα τά τε ἀμφὶ τὸ πρόσωπον καὶ τὸν αὐχένα ἐπικαλύπτειν. ἱππεύονται δὲ ὡς ἄριστα καὶ θέοντος αὐτοῖς ὡς τάχιστα τοῦ ἵππου τὰ τόξα τε οὐ χαλεπῶς ἐντείνειν οἷοί τέ εἰσιν ἐφ' ἑκάτερα καὶ διώκοντάς τε βάλλειν τοὺς πολεμίους καὶ φεύγοντας. ἕλκεται δὲ αὐτοῖς κατὰ τὸ μέτωπον ἡ
B νευρὰ, παρ' αὐτὸ μάλιστα τῶν ὤτων τὸ δεξιὸν, τοσαύτης ἀλκῆς ἐμπιπλῶσα τὸ βέλος, ὥστε τὸν ἀεὶ παραπίπτοντα κτείνειν, οὔτε ἀσπίδος ἴσως οὔτε θώρακος ἀποκρούεσθαί τι δυναμένου τῆς ῥύμης. εἰσὶ δὲ οἳ τούτων ἥκιστα ἐνθυμούμενοι σέβονται μὲν καὶ τεθήπασι τὸν παλαιὸν χρόνον, οὐδὲν δὲ ταῖς ἐπιτεχνήσεσι δι-

2. ἀλλά τι] ἀλλὰ τὸ A. 5. ἠφίεσαν] ἀφίεσαν A. 8. ἴασι] ἴασιν A. 9. μέχρι A. μέχρις P. 12. οἵα] οἷα P. 13. τὸν om. A. 18. ἐμπιπλῶσα A. ἐμπιπλᾶσα P. ibid. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

vertentibus terga hostibus instare poterant. Non illi ex aperto pugnare; sed eorum, quae in praelio fierent, aliquid furtim sublegere semper videbantur. Praeterea in usu artis suae adeo inertes erant, ut admoto ad mammam nervo sagittam impellerent languidam, et merito ab iis ipsis, quos attingebat, deridendam ut futilem. Ita quidem veteres artem sagittariam exercebant.

Hodie vero qui arcu militant, ad pugnam procedunt loricati, et ocreis ad genu usque pertinentibus muniti. Aptas e latere dextro sagittas habent, e sinistro gladium: hastile etiam appensum nonnulli gestant, et scutulum nulla instructum ansa, ad humeros habile, quo vultum et collum tegant. Commode equitant, et quam celerrime currente equo sagittas expedite missitant utroque versum, hostemque insequentem aeque feriunt ac fugientem. Caeterum elato ad frontem arcu, nervum retorquent ad aurem pene usque dexteram: isque vim tantam incutit sagittae, ut haec obvio cuique certum exitium afferat; nihil utique ad repellendum impetum conferentibus nec clypeo nec lorica. Sunt tamen qui his minime perpensis antiquitatem unam venerentur ac stupeant, neque in

δόασι πλέον. ἀλλὰ τούτων οὐδὲν κωλύσει μὴ οὐχὶ μέγιστά τε
καὶ ἀξιολογώτατα ἐν τοῖσδε τοῖς πολέμοις ξυμβῆναι. λελέξεται
δὲ πρῶτον ἀρξαμένοις μικρὸν ἄνωθεν ὅσα Ῥωμαίοις ξυνηνέχθη
καὶ Μήδοις πολεμοῦσι παθεῖν τε καὶ δρᾶσαι.

β'. Ἡνίκα τὸν βίον Ἀρκάδιος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐν Βυ- C
ζαντίῳ τελευτᾶν ἤμελλεν (ἦν γάρ οἱ παῖς Θεοδόσιος οὔπω τοῦ
τιτθοῦ ἀπαλλαγείς), διηπορεῖτο ἀμφί τε τῷ παιδὶ καὶ τῇ βασι- V 227
λείᾳ, εὖ θέσθαι ἄμφω ὡς ἥκιστα ἔχων. ἐγίνετο γάρ τις αὐτῷ
ἔννοια, ὡς, ἢν μὲν κοινωνόν τινα Θεοδοσίῳ τῆς ἡγεμονίας πορί-
ζηται, αὐτὸς ἂν τὸν παῖδα τὸν αὐτοῦ διαχρησάμενος τῷ ἔργῳ
εἴη, πολέμιον αὐτῷ δύναμιν τὴν βασίλειον περιβεβλημένον ἐπα-
γαγών, ἢν δὲ μόνον αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καταστήσηται, πολλοὶ D
μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας ἐπιβατεύσουσι, τῆς τοῦ παιδὸς ἐρημίας,
ὡς τὸ εἰκός, ἀπολαύοντες, ἐπαναστάντες δὲ πόνῳ οὐδενὶ τυραν-
νήσουσι, τὸν Θεοδόσιον διαφθείραντες, ἐπεὶ οὐδένα ἐν Βυζαν-
τίῳ ξυγγενῆ εἶχεν, ὅς γ' ἂν αὐτῷ ἐπίτροπος εἴη. Ὁνώριον γάρ
οἱ τὸν θεῖον ἐπαρκέσειν οὐδαμῇ ἤλπισε, πονηρῶν ἤδη τῶν Ἰτα-
λίας πραγμάτων ὄντων. οὐδὲν δὲ ἧσσον καὶ τὰ ἐκ Μήδων αὐτὸν
ξυνετάρασσε, δεδιότα μὴ οἱ βάρβαροι οὗτοι τῆς τοῦ αὐτοκράτο- P 8
ρος καταθέοντες ἡλικίας ἀνήκεστα ἔργα Ῥωμαίους δράσωσιν. ἐς
ταύτην Ἀρκάδιος τὴν ἀμηχανίαν ἐμπεπτωκώς, καίπερ οὐ γεγονὼς

10. αὐτοῦ] αὐτοῦ P. 18. μήδων A. μήδου P. 20. ῥωμαίους A. ῥωμαίοις P.

pretio maiori habeant novas accessiones industriae. Nihilominus hoc manebit, res in his bellis amplissimas et cum primis memorabiles effectas fuisse. Nunc priorem locum dabimus bello, quod Romanos inter ac Medos fuit, variamque eius fortunam, offensiones et victorias prosequemur, ubi rem paulo altius repetierimus.

2. Byzantii cum Arcadius Augustus in extremis ageret, Theodosii filii sui nondum amoti ab ubere et Imperii vicem sollicitus, quid testamento decerneret, quo bene cautum utrique esset, nesciebat. Etenim veniebat in mentem vereri, ne si Theodosio principatus consortem daret, filio ipse suo conflaret exitium, hostem illi inducendo suprema potestate septum: sin eum solum scriberet Imperatorem, multi (quod proclive videbatur) capta opportunitate solitudinis pueri affectarent regnum, et oppresso rebellione Theodosio tyrannidem nullo negotio occuparent; maxime cum Byzantii nemo adesset propinquorum, in cuius tutelam tradi posset. Neque enim spes erat laturum ipsi opem Honorium patruum, difficillimis Italiae rebus impeditum. Nec minus illum conturbabat impendens a Medis timor; cum metueret ne suis hi Barbari incursionibus, dum per teneram Imperatoris aetatem liceret impune, Romanos attererent. Has in angustias adductus Arcadius, vir caetera haud adeo sa-

ἐς τἄλλα ἀγχίνους, βουλεύεται βουλήν, ἥτις οἱ τόν τε παῖδα καὶ τὴν ἀρχὴν διασώσασθαι εὐπετῶς ἴσχυσεν, εἴτε κοινολογησάμενος τῶν λογίων τισίν, οἷοι πολλοὶ βασιλείοις παρεδρεύειν εἰώθασιν, ἢ θείας τινὸς ἐπιπνοίας αὐτῷ γενομένης. διαθήκης γὰρ διαθεὶς γράμματα, διάδοχον μὲν τῆς ἡγεμονίας ἀνεῖπε τὸν παῖδα, ἐπίτροπον δὲ αὐτῷ κατεστήσατο Ἰσδιγέρδην τὸν Περσῶν βασιλέα, ᾧ δὴ πολλὰ ἐν ταῖς διαθήκαις ἐπέσκηψε, Θεοδοσίῳ τὴν
B βασιλείαν σθένει τε καὶ προνοίᾳ πάσῃ συνδιασώσασθαι. Ἀρκάδιος μὲν ὧδε τήν τε ἀρχὴν καὶ τὰ οἰκεῖα διοικησάμενος ἐτελεύτησεν· Ἰσδιγέρδης δὲ ὁ Περσῶν βασιλεύς, ἐπεὶ τὸ γράμμα τοῦτο ἀπενεχθὲν εἶδεν, ὢν καὶ πρότερον ἐπὶ τρόπου μεγαλοφροσύνῃ διαβόητος ἐς τὰ μάλιστα, ἀρετὴν ἐπεδείξατο θαύματός τε πολλοῦ καὶ λόγου ἀξίαν. τὰς γὰρ Ἀρκαδίου ἐντολὰς ἐν ἀλογίᾳ οὐδεμιᾷ ποιησάμενος εἰρήνῃ τε ἀφθόνῳ χρώμενος διαγέγονεν ἐς Ῥωμαίους τὸν πάντα χρόνον καὶ Θεοδοσίῳ τὴν ἀρχὴν διεσώσατο. αὐτίκα γοῦν πρὸς Ῥωμαίων τὴν βουλὴν γράμματα ἔγραψεν, ἐπίτροπός τε οὐκ ἀπαρνούμενος Θεοδοσίου βασιλέως εἶναι καὶ πόλε-
C μον ἐπανατεινάμενος, ἤν τις αὐτῷ ἐς ἐπιβουλὴν ἐγχειροίη καθίστασθαι.

Ἐπεὶ δὲ Θεοδόσιος μὲν ἀνήρ τε ἐγεγόνει καὶ ἡλικίας πόρρω ἀφῖκτο, Ἰσδιγέρδης δὲ νοσήσας ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο, ἐπῆλθεν μὲν ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν Οὐαραράνης ὁ Περσῶν βασιλεὺς

1. βουλὴν L. βουλῇ P. 3. βασιλείοις A. βασιλεῖ P. 6. τὸν] τῶν P. 18. ἐπανατεινάμενος] ἐπανατεινόμενος A correctus. 21. ἐπῆλθεν — ἄχρι] ὁ Περσῶν βασιλεὺς εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν, οὐδὲν δὲ ἔδρασεν ἄχρι, Suidas s. v. ἄχρι.

sagaci ingenio, viam iniit filio atque Imperio saluberrimam, sive tum egerit cum prudentibus viris (quales multi assidere et a consiliis esse Imperatori solent) sive divino quodam actus instinctu fuerit. Conscripto enim testamento, haeredem Imperii filium, huius tutorem instituit Isdigerdem Regem Persarum. Supremis tabulis obsecrationem inseruit, eum enixe rogans, ut ad Imperium Theodosio asserendum potentiam suam omnem providentiamque conferret. Hunc in modum Arcadius et publicis et domesticis rebus compositis, e vita migravit. Rex autem Persarum Isdigerdes magnitudine animi iam ante clarissimus, cum oblatas sibi tabulas legisset, virtutis exemplum edidit mirum valde ac memorandum. Mandata enim Arcadii minime aspernatus, Romanos, quandiu vixit, pace beavit altissima, et imperium Theodosio conservavit, siquidem per literas ad Senatum Romanum extemplo datas, Theodosii Augusti tutelam agnovit, bellumque iam tum intentavit, si quid novi in ipsum quispiam attentaret.

Maior evaserat, et adulta aetate erat Theodosius, Isdigerdes autem morbo obierat, quando Vararanes Persarum Rex cum ingenti exercitu in

ρίοις τισὶν ἐπιχέοντες ἐπὶ τοὺς πολεμίους, μᾶλλον τοὺς τῷ περιβόλῳ προσιόντας ἐλύπουν. ἤδη μὲν οὖν ἀπειπόντες οἱ Πέρσαι τὰ ὅπλα ἐρρίπτουν, τῷ τε βασιλεῖ ἐς ὄψιν ἐλθόντες πρὸς τὸν πόνον ἀντέχειν οὐκέτι ἔφασκον οἷοί τε εἶναι. θυμῷ δὲ πολλῷ ὁ Χοσρόης ἐχόμενος καὶ ξὺν ἀπειλῇ ἐγκελευόμενος ἅπασιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐνῆγεν. οἱ δὲ κραυγῇ τε καὶ θορύβῳ πολλῷ τούς τε πύργους καὶ τὰς ἄλλας μηχανὰς τῷ τείχει προσῆγον καὶ τὰς κλίμακας ἐπετίθεντο, ὡς τὴν πόλιν αὐτοβοεὶ ἐξαιρήσοντες. τῶν δὲ Ῥωμαίων συχνά τε βαλλόντων καὶ παντὶ σθένει ἀμυνομένων, τρέπονται μὲν κατὰ κράτος οἱ βάρβαροι, ἀναχωροῦντα δὲ τὸν Χοσρόην ἐτώθα- D
ζον Ῥωμαῖοι, ἐς τειχομαχίαν παρακαλοῦντες. μόνος δὲ Ἀζαρέθης ἀμφὶ πύλας τὰς Σοΐνας καλουμένας ξὺν τοῖς ἑπομένοις ἐμάχετο, οὗ δὴ Τριπυργίαν καλοῦσι τὸν χῶρον. τῶν δὲ ταύτῃ Ῥωμαίων οὐκ ὄντων σφίσιν ἀξιομάχων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς προσβολὰς ἀπειπόντων, ἤδη τὸ ἐκτὸς τεῖχος, ὃ δὴ καλοῦσι προτείχισμα, πολλαχῇ διελόντες οἱ βάρβαροι ἰσχυρότατα τοῖς ἐκ τοῦ μεγάλου περιβόλου ἀμυνομένοις ἐνέκειντο, ἕως αὐτοῖς Περάνιος ξύν τε στρατιώταις πολλοῖς καὶ τῶν Ἐδεσσηνῶν τισιν ἐπεξῆλθε μάχῃ τε νικήσας ἐξήλασε. καὶ ἡ τειχομαχία πρωὶ ἀρξαμένη ἐτελεύτα εἰς δείλην ὀψίαν, ἀμφότεροί τε τὴν νύκτα ἐκείνην ἡσυχῇ ἔμενον, P 159
Πέρσαι μὲν περί τε τοῖς χαρακώμασι δεδιότες καὶ σφίσιν αὐτοῖς, Ῥωμαῖοι δὲ λίθους τε ξυλλέγοντες ἐς τὰς ἐπάλξεις καὶ τἄλλα ἐν

5. ἀπειλῇ] ἀπειλῆς A. 9. βαλλόντων] βαλόντων PV. 14. προσβολὰς] ὑπερβολὰς A. 18. et 280, 10. Ἐδεσσηνῶν] Ἐδεσηνῶν P. αἰδεσηνῶν V.

gillis ardentissimo oleo manantibus adversarios sic irrorabant, ut eos, qui subibant ad moenia, gravius infestarent. Tum Persae concidere animis, arma proiicere, et Regi fateri coram, sustinendo labori se iam pares minime esse. Inflammatus ira Chosroes, minaciter omnes adhortando, in hostem impellit. Illi cum vociferatione tumultuque ingenti turres caeterasque machinas ad muros appellunt et scalas admovent, quasi primo aditu et clamore urbem expugnaturi. Verum Romanis denso telorum nimbo et omni nisu arcentibus, deiecti vi Barbari sunt, atque in fugam versi. Inde abscedentem Chosroem Romani prosequebantur cavillis, ad instaurandam oppugnationem provocantes Unus Azarethes cum suis ad portam Soinam eo in loco, quem Tripyrgiam appellant, pugnabat adhuc. Quibus impares cum essent Romani, qui ibi collocati fuerant, et fracti impressionibus cessissent, exteriori muro, sive, ut vocant, antemurali, per labes iam multas pervio; e maiori muro propugnantes urgebat fortissime Barbarus: donec Peranius cum valida militum manu et Edessenis aliquot in eum erupit, ac certamine victum repulit. Ita mane coepta, vesperi desiit oppugnatio. Illa utrique nocte se continuerunt: ac Persae quidem cum vallis suis, tum maxime sibi metuebant; Romani vero ad

παρασκευῇ τῇ πάσῃ ποιούμενοι, ὡς τῇ ὑστεραίᾳ μαχούμενοι τοῖς πολεμίοις ἐπὶ τὸ τεῖχος προσβαλοῦσιν. ἡμέρᾳ μὲν οὖν τῇ ἐπιγινομένῃ τῶν βαρβάρων οὐδεὶς ἐπὶ τὸν περίβολον ἦλθε, τῇ δὲ μετ' ἐκείνην μοῖρα μὲν τοῦ στρατοῦ Χοσρόου ἐγκελευομένου ταῖς Βαρ-
B λαοῦ καλουμέναις πύλαις ἐπέσκηψεν, ὑπαντιασάντων δὲ Ῥωμαίων αὐτοῖς ἡσσήθησάν τε παρὰ πολὺ τῇ μάχῃ καὶ δι' ὀλίγου ἐς τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρησαν. καὶ τότε Παῦλος ὁ Περσῶν ἑρμηνεὺς
V 331 παρὰ τὸ τεῖχος ἥκων Μαρτῖνον ἐκάλει, ἐφ' ᾧ τὰ ἐς τὴν ξύμβασιν διοικήσηται. οὕτω τε Μαρτίνου τοῖς Περσῶν ἄρχουσιν ἐς λόγους ἐλθόντος ξυνέβησαν, καὶ πέντε κεντηνάρια πρὸς τῶν Ἐδεσσηνῶν ὁ Χοσρόης λαβὼν ἐν γράμμασιν αὐτοῖς τὴν ὁμολογίαν ἀπέλιπε τοῦ μηδὲν Ῥωμαίοις περαιτέρω λυμήνασθαι, τά τε χαρακώματα πάντα ἐμπρήσας ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησε παντὶ τῷ στρατῷ.

C κη'. Ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον Ῥωμαίων τετελευτήκασι στρατηγοὶ δύο, Ἰοῦστός τε ὁ βασιλέως ἀνεψιὸς καὶ Περάνιος Ἴβηρ, Ἰοῦστος μὲν νόσῳ διαφθαρείς, Περανίῳ δὲ συνέβη ἐν κυνηγεσίῳ τοῦ ἵππου ἐκπεπτωκότι διαρραγῆναι. διὸ δὴ ἀντ' αὐτῶν βασιλεὺς ἑτέρους καταστησάμενος ἔπεμψε Μάρκελλόν τε, τὸν ἀδελφιδοῦν τὸν αὑτοῦ ἄρτι γενειάσκοντα, καὶ Κωνσταντιανόν, ὃς δὴ ὀλίγῳ πρότερον ἅμα Σεργίῳ παρὰ Χοσρόην πρεσβεύων ἐστάλη. ἔπειτα δὲ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς πρέσβεις παρὰ Χοσρόην ἐπὶ τῇ ξυμβάσει Κωνσταντιανόν τε καὶ Σέργιον ἔπεμψεν. οἱ δὲ αὐτὸν

18. ἀδελφιδοῦν τὸν αὑτοῦ (αὐτοῦ PV)] τὸν αὑτοῦ ἀδελφιδοῦν A.
22. ξυμβάσει V. συμβάσει P.

pinnas congerebant lapides, et caetera comparabant, veluti postridie cum hostibus in muros daturis impetum denuo congressuri. Verum postero die ad moenia nemo Barbarorum accessit. Perendie pars exercitus, hortante Chosroe, Barlai portam adorta, a Romanis occurrentibus praelio insigniter profligata, brevi in castra sese recepit. Tunc ad murum progressus Paulus Persarum interpres Martinum ad paciscendum invitavit. Sic demum collocuto cum Persarum ducibus Martino, pax convenit. Chosroes auri pondo D. ab Edessenis cum accepisset, literis consignatam pactionem ipsis reliquit, qua se in posterum nihil damni Romanis illaturum recipiebat. Deinde vallis incensis omnibus, cum universo exercitu domum remigravit.

28. Hoc fere tempore duo mortui sunt Romani duces, Iustus Imperatoris a fratre nepos, et Peranius natione Iber: ille morbo consumptus, hic in venatione casu ex equo diruptus. Quibus Imperator Marcellum submisit, suum ex sorore nepotem, iam pubescentem, et Constantianum, qui paulo ante cum Sergio legationem obierat apud Chosroem. Eosdem postea Constantianum ac Sergium legatos de pace iterum ad Chosroem Iustinianus Aug. misit. Eum illi offenderunt in ea parte As-

καταλαμβάνουσιν ἐν Ἀσσυρίοις, οὗ δὴ πολίσματα δύο Σελεύκειά D τε καὶ Κτησιφῶν ἐστι, Μακεδόνων αὐτὰ δειμαμένων, οἳ μετὰ τὸν Φιλίππου Ἀλέξανδρον Περσῶν τε ἦρξαν καὶ τῶν ταύτῃ ἐθνῶν. ἄμφω δὲ ταῦτα Τίγρις ποταμὸς διορίζει· οὐ γὰρ ἄλλην χώραν μεταξὺ ἔχουσιν. ἐνταῦθα ἐντυχόντες Χοσρόῃ οἱ πρέσβεις ἠξίουν μὲν τὰ ἐπὶ τῆς Λαζικῆς χωρία Ῥωμαίοις ἀποδοῦναι, βεβαιότατα δὲ πρὸς αὐτοὺς τὰ ἀμφὶ τῇ εἰρήνῃ κρατύνασθαι. Χοσρόης δὲ οὐ ῥᾴδιον αὐτοὺς ἔφασκεν εἶναι ἀλλήλοις ξυμβῆναι, ἢν μή τινα ἐκεχειρίαν θέμενοι πρότερον, οὕτω τε ἀδεέστερον ἀεὶ ἐς ἀλλήλους P 160 φοιτῶντες τά τε διάφορα διαλύσουσι καὶ τὰ τῆς εἰρήνης ἐν τῷ ἀσφαλεῖ τὸ λοιπὸν θήσονται. χρῆναι δὲ ὑπὲρ τῆς ἐκεχειρίας χρήματά τέ οἱ τῶν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα δοῦναι καί τινα Τριβοῦνον ὄνομα ἰατρὸν πέμψαι, ἐφ' ᾧ οἱ ξυνδιατρίψει τακτόν τινα χρόνον. ἐτύγχανε γὰρ ὁ ἰατρὸς οὗτος νόσου τε αὐτὸν ἀπαλλάξας χαλεπῆς πρότερον καὶ ἀπ' αὐτοῦ φίλος τε καὶ ποθεινὸς ἐς τὰ μάλιστα ὤν. ταῦτα ἐπεὶ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἤκουσε, τόν τε Τριβοῦνον καὶ τὰ χρήματα εὐθὺς ἔπεμψε ξυνιόντα ἐς κεντηνάρια εἴκοσιν. οὕτω τε αἱ σπονδαὶ γεγόνασι Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις ἐς ἐνιαυτοὺς πέντε, δέκατον καὶ ἔνατον ἔτος Ἰουστινιανοῦ βασι- B λέως τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντος.

Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον Ἀρέθας τε καὶ Ἀλαμούνδαρος οἱ τῶν Σαρακηνῶν ἄρχοντες πόλεμον πρὸς ἀλλήλους κατὰ μόνας διέφερον,

6. βεβαιότατα] βεβαιότητα V. 11. ὑπὲρ τῆς] ὑπὲρ τῆς ἀεὶ V. 13. ξυνδιατρίψει] ξυνδιατρίψῃ V. ξυνδιατρίψαι A. 19. ἔνατον] Vulgo ἔννατον.

syriae, ubi duo sunt oppida, Seleucia et Ctesiphon, condita a Macedonibus, qui post Alexandrum Philippi filium Persis gentibusque illas oras habentibus imperarunt. Utrumque dirimit oppidum fluvius Tigris, nullo agro interiacente. Ibi ad congressum inducti Chosrois, postularunt, ut quae in Lazica occupaverat, Romanis restitueret, ac pacem cum ipsis sanctissime firmaret. Negavit Chosroes pacem facile posse coagmentari, nisi prius inducias pepigissent: sic nempe factum iri, ut securius inter se commeando, discernerent lites, et pacem facerent deinceps mansuram: caeterum oportere sibi pro induciis pecuniam dari a Rom. Imperatore, et medicum quemdam, cui nomen Tribuno, mitti, ut certum apud se spatium temporis ageret. Enimvero Chosroem medicus hic difficili morbo ante levaverat: quamobrem ipsi carissimus erat et optatissimus. Quae cum audisset Iustinianus, et Tribunum et pecuniam ad bis mille pondo confestim misit. Ita Romanos inter ac Persas pactae sunt quinquennales induciae, Iustiniano Aug. Imperii annum agente XIX.

Haud multo post Arethas et Alamundarus Saracenorum principes bellum gesserunt inter se, soli, et sine Romanorum ac Persarum auxiliis.

οὔτε Ῥωμαίων οὔτε Περσῶν ἀμυνόντων σφίσι. καὶ Ἀλαμούνδαρος μὲν ἕνα τῶν Ἀρέθα παίδων ἵππους νέμοντα ἐξ ἐπιδρομῆς ἑλὼν τῇ Ἀφροδίτῃ εὐθὺς ἔθυσε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐγνώσθη οὐ καταπροΐεσθαι τὰ Ῥωμαίων πράγματα Πέρσαις Ἀρέθαν. μετὰ δὲ ξυνίασι μὲν ἐς μάχην ἑκάτεροι παντὶ τῷ στρατῷ, νικῶσι δὲ κατὰ κράτος οἱ ξὺν τῷ Ἀρέθᾳ, τρεψάμενοί τε τοὺς πολεμίους πολλοὺς ἔκτειναν. καὶ παρ' ὀλίγον Ἀρέθας ἦλθε δύο τῶν Ἀλαμουνδάρου C παίδων ζῶντας ἑλεῖν, οὐ μέντοι εἷλε. τὰ μὲν οὖν Σαρακηνῶν ταύτῃ πῃ εἶχεν * * * * ἅπαντας, Πέρσας δὲ ἀντ' αὐτῶν οἰκήτορας καταστήσασθαι, τὼ ἄνδρε τούτω ἐς ἄμφω τὰ ἔργα ὑπηρετήσοντας εἵλετο· ἕρμαιον γὰρ λόγου πολλοῦ ἄξιον ἐφαίνετο εἶναι γῆν τὴν Κολχίδα σφετερισαμένῳ ἐν τῷ βεβαίῳ τῆς κτήσεως ἔχειν, ξύμφορον λογισαμένῳ τῇ Περσῶν ἀρχῇ κατὰ πολλὰ ἔσεσθαι τοῦτό γε. τήν τε γὰρ Ἰβηρίαν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἐς τὸ ἔπειτα ἕξειν, οὐκ ἂν ἔτι ἐχόντων Ἰβήρων ἐφ' οὕστινας ἀνθρώπων ἀποστάντες σωθήσονται· ἐπειδὴ γὰρ οἱ τούτων δὴ λογιμώτατοι τῶν βαρβάρων ὁμοῦ Γουργένει τῷ βασιλεῖ ἐς ἀπόστασιν εἶδον, ὥσπερ μοι D ἐν τοῖς ἔμπροσθε λόγοις ἐρρήθη, οὔτε βασιλέα σφίσι καταστήσεσθαι τὸ ἐνθένδε ξυνεχώρουν Πέρσαι οὔτε αὐτογνωμονοῦντες Περσῶν κατήκοοι Ἴβηρες ἦσαν, ἀλλ' ὑποψίᾳ τε καὶ ἀπιστίᾳ ἐς ἀλλήλους πολλῇ εἴχοντο. V 332 ἔνδηλοί τε Ἴβηρες ἦσαν δυσανασχετοῦντές

1. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ PV. 2. παίδων] παῖδα V. 9. Post εἶχεν AV pergunt ὁ δὲ χοσρόης βεβουλευμένος (p. 161 c.) consentiente RV. 11. λόγον L. καὶ λόγου P. 16. δὴ add. L. 17. Γουργένει] γουργένη L. 18. καταστήσεσθαι HL. καταστήσασθαι P.

Atque Alamundarus quidem, cum unum ex Arethae filiis equorum pastui intentum subita excursione cepisset, eum statim Veneri immolavit: ex eoque aperte patuit, Aretham Persis rem Romanam minime prodere. Omnibus deinde copiis utrinque pugnatum est: vi vincens Arethas, magnam hostium fugientium stragem edidit, nec multum abfuit, quin Alamundari filii duo in eius manus vivi inciderent: sed enim evaserunt. Hoc erant loco res Saracenicae * * * * cum vellet Persarum colonias in ea regione imponere, exactis omnibus indigenis; hos viros utriusque illius consilii administros legit. Et vero si Colchidem, quam ditioni suae adiecerat, firme possideret, lucrum insperatum ac luculentum ipsi esse videbatur, id regno Persico in multas partes fore commodum reputanti. Nam in posterum sub manu futuram Iberiam videbat, quando non haberent amplius Iberes, ad quos salvi transfugerent. Ex quo sane praecipua Barbarorum istorum nobilitas cum suo Rege Gurgene ad Romanos desciverat, uti in superiore libro narravimus, ipsos Persae creandi sibi Regis potestate privarant. Nec Persis parebant Iberes voluntate sua: at suspicione diffidentiaque incensi mutua dissidebant. Neque obscurum

τε ἰσχυρότατα καὶ νεωτεριοῦντες οὐ πολλῷ ὕστερον, ἤν τινός ποτε
καιροῦ λαβέσθαι δυνατοὶ εἶεν. καὶ πρὸς Οὔννων τῶν Λαζικῇ
προσοίκων ἀδῄωτον μὲν τὴν Περσῶν ἀρχὴν ἐς ἀεὶ ἔσεσθαι, ῥᾷον
δὲ καὶ ἀπονώτερον αὐτοὺς τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐπιπέμψειν, ἡνίκα
ἂν αὐτῷ βουλομένῳ εἴη. οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν τοῖς ἐν Καυκάσῳ
οἰκοῦσι βαρβάροις ἢ ἐπιτείχισμα Λαζικὴν εἶναι. μάλιστα δὲ πάν- P 161
των κατὰ τοῦτο ξυνοίσειν πρὸς Λαζικῆς ἐπικράτησιν ἤλπιζε Πέρ-
σαις, ὅτι δὴ ἐξ αὐτῆς ὁρμώμενοι δυνήσονται οὐδενὶ πόνῳ κατα-
θέοντες καὶ πεζῇ καὶ ναυσὶ τὰ ἐπὶ τοῦ Εὐξείνου καλουμένου πόν-
του χωρία, Καππαδόκας μὲν καὶ τοὺς αὐτῶν ἐχομένους Γαλά-
τας καὶ Βιθυνοὺς παραστήσεσθαι, ἐξ ἐπιδρομῆς δὲ Βυζαντίους
αἱρήσειν, οὐδενὸς σφίσιν ἀντιστατοῦντος. τούτων μὲν δὴ ἕνεκα
προσποιεῖσθαι Χοσρόης Λαζικὴν ἤθελεν, ἐπὶ Λαζοῖς δὲ τὸ θαρ-
σεῖν ὡς ἥκιστα εἶχεν. ἐπειδὴ γὰρ Ῥωμαῖοι ἐκ τῆς Λαζικῆς ἀνε-
χώρησαν, Λαζῶν τὸ πλῆθος τῇ Περσῶν ἀρχῇ ἐπιεικῶς ἤχθετο.
μονότροποι γάρ, εἴπερ ἄλλοι τινές, οἱ Πέρσαι εἰσὶ καὶ τὰ ἐς τὴν
δίαιταν ὑπεράγαν σκληροί. καὶ αὐτοῖς οἵ τε νόμοι δυσπρόσοδοί B
εἰσι πρὸς πάντων ἀνθρώπων καὶ τὰ ἐπιτάγματα οὐδαμῇ ἀνεκτά.
πρὸς μέντοι Λαζοὺς καὶ διαφερόντως τὸ διαλλάσσον τῆς τε γνώ-
μης ἀεὶ καὶ τῆς διαίτης παρὰ πολὺ διαφαίνεται, ἐπεὶ Λαζοὶ μὲν
Χριστιανοί εἰσι πάντων μάλιστα, Πέρσαις δὲ ἀπ' ἐναντίας αὐ-
τῶν τὰ ἐς τὸ θεῖον ἅπαντα ἔχει. χωρὶς δὲ τούτων ἅλες μὲν τῆς
Λαζικῆς οὐδαμῇ γίνονται, οὐ μὴν οὔτε σῖτος οὔτε οἶνος οὔτε τι

16. τὴν δίαιταν L. τὴν om. P. 23. οὔτε ter] οὐδὲ ter P.

erat secum Iberes gravissime indignari, ac brevi res novaturos, si quam arripere occasionem possent. Addebat his, regnum Persicum ab infestis incursibus Hunnorum, qui Lazicam accolunt, tutum fore, eosque se, quando luberet, in Rom. Imperium facilius immissurum, cum Lazica propugnaculum sit adversus Barbaros degentes in Caucaso. Et, quod caput erat, Lazicae possessionem ad hoc Persis opportunissimam futuram sperabat, ut inde erumpentes, et in provincias, quibus Pontus Euxinus praetexitur, nullo negotio excurrentes terra ac mari, Cappadocas, hisque contiguos Galatas ac Bithynos subigerent, atque impetu subito Byzantium caperent, nemine prohibente. His de causis Chosroes Lazicam quidem sub ditionem suam cupiebat subiungere: at fidere Lazis neutiquam poterat: ut qui, ab excessu Romanorum e Lazica, Persarum dominatum molestissime ferrent. Nam si qua gens alia, Persae maxime cultu simplici asperrimoque victu se sustinent, Ii sunt ipsorum mores, ut ad illos accedere, ea scita, ut illa tolerare nemo queat. Apud Lazos in primis differentia religionis ac vitae communis notabilius apparet: quoniam Lazi Christiana instituta observant omnium maxime: Persae contrarium divinitatis cultum sectantur. Huc accedit, quod sal in Lazica nusquam fit: immo nec tri-

ἄλλο ἀγαθὸν φύεται. ἐκ δὲ Ῥωμαίων τῶν παραλίων ἅπαντα ταῖς ναυσὶν ἐπεισέρχεται σφίσι, καὶ ταῦτα οὐ χρυσίον τοῖς συμβάλλουσι προϊεμένοις, ἀλλὰ δέρρεις τε καὶ ἀνδράποδα καὶ εἴ τι ἄλλο C ἐνταῦθα κατὰ πολὺ περιεῖναι ξυμβαίνει. τούτου τε, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀποκεκλεισμένοι τὸ λοιπὸν ἤσχαλλον. ὧν δὴ ὁ Χοσρόης αἰσθόμενος προτερῆσαι ξὺν τῷ ἀσφαλεῖ, πρίν τι ἐς αὐτὸν νεωτερίσειαν, ἐν σπουδῇ εἶχε. καί οἱ βουλευομένῳ ξυμφορώτατον ἔδοξεν εἶναι Γουβάζην τὸν Λαζῶν βασιλέα ἐκποδὼν ὅτι τάχιστα ποιησαμένῳ Λαζοὺς ἐνθένδε πανδημεὶ ἀναστήσειν, οὕτω τε Πέρσας καὶ ἄλλα ἄττα ἔθνη ξυνοικιεῖν ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ.

Ταῦτα Χοσρόης βεβουλευμένος Ἰσδιγούναν, ὡς ἐπὶ πρεσβείᾳ δῆθεν τῷ λόγῳ, ἐς Βυζάντιον στέλλει, καί οἱ Περσῶν ἀριστίνδην ἀπολεξάμενος πεντακοσίους ξυνέπεμψεν, ἐπιστείλας σφίσι D γενέσθαι μὲν ἐν πόλει Δάρας, ἐν οἰκίαις δὲ καταλῦσαι πολλαῖς, ταύτας τε νύκτωρ ἁπάσας ἐμπρῆσαι, καὶ Ῥωμαίων ἀμφὶ τὸ πῦρ τοῦτο ἠσχολημένων, ὡς τὸ εἰκὸς, ἁπάντων ἀνοιγνύναι μὲν τὰς πύλας εὐθὺς, τῇ δὲ πόλει τὸ ἄλλο Περσῶν στράτευμα δέξασθαι. προείρητο γὰρ τῷ Νισίβιδος πόλεως ἄρχοντι στρατιωτῶν πλῆθος ἄγχιστά πη ἐγκρυφιάζοντα ἐν παρασκευῇ ἔχειν. οὕτω γὰρ αὐτοὺς ᾤετο Χοσρόης οὐδενὶ πόνῳ Ῥωμαίους τε ἅπαντας διαχρήσεσθαι καὶ τὴν πόλιν ἐν βεβαίῳ καταλαβόντας σχήσειν. ἀλλά τις εὖ εἰ-

6. νεωτερίσειαν] Vulgo νεωτερίσειν. 9. Πέρσας] πέρσαις HL. 11. Ἰσδιγούναν] ἰσδισγούσναν A. ἰσδισγούναν H. Isdigunnam RV. Ἰεσδεγουσνάφ apud Menandrum p. 346. 354. 359. ed. Niebuhr. 19. ἐγκρυφιάζοντα] ἐγκρυφιάζοντι L. 20. διαχρήσεσθαι] διαχρήσασθαι A. 21. τὴν πόλιν Δάρας P. Δάρας om. A. urbem eam RV. ibid. εὖ] εὖ τε P.

ticum, nec vinum, neque aliae fruges proveniunt: sed omnis a Romanis, qui oras maritimas obtinent, navibus importata Lazi accipiunt, non pecunia illis repensa quibuscum contrahunt, sed pellium, servorum, et si cuius praeterea rei est ipsis affatim, permutatione facta. Quo, ut consentaneum erat, exclusi commercio, ex dolore fremebant. Re Chosroes intellecta, novis contra se consiliis occurrere satagebat. Id vero secum agitanti, optimum factu visum est, sublato quamprimum e medio Gubaze Lazorum Rege, universam gentem transferre, et Persarum aliarumque nationum coloniis regionem illam occupare.

Hoc inito consilio Chosroes, Isdigunan per causam legationis Byzantium mittit, cum Persarum quingentorum agmine e fortissimis delecto: quibus mandaverat, ut in urbem Daram admissi, diversis in aedibus hospitarentur, ignemque illis omnibus noctu iniicerent: dum autem incendium Romanos omnes, pro rei gravitate, intentos haberet, sine mora portas ipsi recluderent, ac caeteras in urbem copias Persarum acciperent. Nisibeno enim Praefecto iam edixerat, uti milites prope in occulto disponeret. Quo facto putabat Chosroes illos, Romanis nullo negotio ad internecionem caesis, Daram certo occupaturos. At conscius machinatio-

θεὼς τὰ πρασσόμενα, Ῥωμαῖος μὲν ἀνήρ, αὐτόμολος δὲ ὀλίγῳ πρότερον ἐς Πέρσας ἥκων, τὸν πάντα λόγον Γεωργίῳ φράζει, P 162 ἐνταῦθα τότε διατριβὴν ἔχοντι, οὗ δὴ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐμνήσθην, ἅτε Περσῶν ἀναπείσαντος τοὺς ἐν τῷ Σισαυράνων πολιορκουμένους φρουρίῳ σφᾶς αὐτοὺς ἐνδοῦναι Ῥωμαίοις. Γεώργιος οὖν ἐν τοῖς Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν ὁρίοις ἀπαντήσας τῷ πρεσβευτῇ τούτῳ ἔφασκεν οὐ κατὰ πρεσβείαν τὰ ποιούμενα εἶναι, καὶ οὔ ποτε Πέρσας τοσούτους τὸ πλῆθος ἐν πόλει Ῥωμαίων αὐλίσασθαι. χρῆν γὰρ τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας ἐν χωρίῳ Ἀμμώδιος ἀπολιπεῖν, αὐτῷ δὲ ξὺν ὀλίγοις τισὶν ἐς πόλιν Δάρας ἐσιτητὰ εἶναι. ὁ μὲν οὖν Ἰσδιγούνας ἠγανάκτει τε καὶ δυσφορουμένῳ B ἐῴκει, ἅτε περιυβρισμένος οὐ δέον, καίπερ ἐπὶ πρεσβείᾳ παρὰ τὸν Ῥωμαίων βασιλέα στελλόμενος. Γεώργιος δέ οἱ οὐ προσέχων τὸν νοῦν ἠγριωμένῳ διεσώσατο τὴν πόλιν Ῥωμαίοις. V 333 ξὺν γὰρ ἀνδράσιν εἴκοσι μόνοις τῇ πόλει τὸν Ἰσδιγούναν ἐδέξατο.

Ταύτης οὖν τῆς πείρας ἀποτυχὼν ὁ βάρβαρος οὗτος, ὡς πρεσβεύων ἐς Βυζάντιον ἦλθε, τήν τε γυναῖκα καὶ θυγατέρας ἐπαγόμενος δύο (τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ τὸ παραπέτασμα τοῦ ξυνεληλυθότος ὁμίλου), τῷ τε βασιλεῖ ἐς ὄψιν ἥκων ἀμφὶ μὲν τῶν σπουδαίων τινὶ οὐ μέγα οὐ μικρὸν ἴσχυσεν εἰπεῖν, καίπερ οὐχ ἧσσον ἢ μῆνας δέκα κατατρίψας ἐν Ῥωμαίων τῇ γῇ. τὰ μέντοι δῶ- H 86 C ρα παρὰ Χοσρόου, ἅπερ εἴθισται, καὶ γράμματα βασιλεῖ ἔδωκε, δι' ὧν ὁ Χοσρόης Ἰουστινιανὸν βασιλέα σημῆναι ἠξίου εἴ οἱ τὸ

10. Ἀμμώδιος] ἀμμούδιος L. Ἀμούδιος P. Conf. p. 62, 2. 65, 20.
11. Ἰσδιγούνας] ἰσδιγούσνας A. *Isdigunnas* RV hic et infra.
15. Ἰσδιγούναν] Ἰσδιγούσναν P. 23. σημῆναι addidi ex A.

nis huius Romanus quidam, qui non ita pridem sponte ad Persas transierat, rem plane aperit Georgio ibi tum commoranti, qui, quod supra memoravi, Persas in castello Sisaurano obsessos perpulerat, uti se Romanis permitterent. Igitur obviam legato factus Georgius in Romanorum ac Persarum confiniis, non servari morem legationis, nec tanto unquam numero Persas in urbe ditionis Romanae stabulatos fuisse dixit: itaque oportere cum paucis Daram ingrederetur, caetero Ammodii relicto comitatu. Hic stomachari Isdigunas, indignantique similis queri, quod cum legationem ad Rom. Imperatorem gereret, contumeliose haberetur. Efferati hominis fremitum minime attendens Georgius, Romanis urbem servavit, accepto cum xx. solum comitibus Isdiguna.

Ex ea molitione deiectus Barbarus, Byzantium, in speciem legatus, venit, uxorem secum ac filias geminas ducens (id nempe tanto comitatui obtendebat). Admissus ad conspectum Imperatoris, de re gravi nec multis unquam nec paucis egit: quamvis menses non minus decem in Romano Imperio moratus sit. Munera tantum ex more literasque a Chosroe dedit Imperatori: per quas ille ex Iustiniano, an commoda valetudine

σῶμα ὑγιείας πέρι ὡς ἄριστα ἔχοι. τοῦτον μέντοι τὸν Ἰσδιγούναν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς μάλιστα πρέσβεων ἁπάντων ὧν ἴσμεν ξύν τε πολλῇ φιλοφροσύνῃ εἶδε καὶ διὰ τιμῆς ἱκανῶς ἤγαγεν. ὥστε καί, ἡνίκα δὴ αὐτὸν ἑστιῴη, Βραδουκίωνα, ὅσπερ αὐτῷ ἑρμηνεὺς εἵπετο, ξὺν αὐτῷ ἐπὶ τῆς στιβάδος κατέκλινε, πρᾶγμα D οὔ ποτε γεγονὸς πρότερον ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου. ἑρμηνέα γὰρ οὐδὲ τῶν τινι καταδεεστέρων ἀρχόντων, μή τί γε δὴ βασιλεῖ ὁμοτράπεζον γεγονότα οὐδείς ποτε εἶδεν. ἀλλὰ καὶ μεγαλοπρεπέστερον ἢ κατὰ πρεσβευτὴν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐδέξατό τε καὶ ἀπεπέμψατο, καίπερ ἐπ' οὐδενὶ ἔργῳ τὴν πρεσβείαν, ὥσπερ μοι εἴρηται, πεποιημένον. ἢν γάρ τις τάς τε δαπάνας διαριθμήσαιτο καὶ τὰ δῶρα, ὅσα ἐνθένδε κεκομισμένος Ἰσδιγούνας ἀπιὼν ᾤχετο, πλέον αὐτὰ κατατείνοντα ἢ ἐς χρυσοῦ κεντηνάρια δέκα εὑρήσει. τὰ μὲν οὖν τῆς ἐς Δάρας πόλιν ἐπιβουλῆς τῷ Χοσρόῃ ἐς τοῦτο ἐτελεύτα.

P 163 κθʹ. Ἔς τε Λαζικὴν πρῶτα μὲν ξύλα παμπληθῆ ἐς νηῶν ποίησιν ἐπιτηδείως ἔχοντα ἔπεμψεν, οὐδενὶ φράσας ἐφ' ὅτῳ δὴ αὐτὰ πέμψειεν, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μηχανὰς ἐν Πέτρας τῷ περιβόλῳ καταστησόμενος ταῦτα ἔστελλεν. ἔπειτα δὲ Περσῶν μαχίμους τριακοσίους ἀπολεξάμενος, Φάβριζόν τε, οὗπερ ἀρτίως ἐπεμνήσθην, αὐτοῖς ἐπιστήσας, ἐνταῦθα στέλλει, ᾧ δὴ ἐπήγγελλε Γουβάζην ὡς λαθραιότατα διαχρήσασθαι· τὸ γὰρ ἐνθένδε αὐτῷ με-

1. Ἰσδιγούναν] ἰσδισγούναν H. 8. μεγαλοπρεπέστερον A. μεγαλοπρεπέστερα P. 12. Ἰσδιγούνας] ἰσδισγούνας A. 14. Δάρας] Vulgo Δάραν.

uteretur, quaerebat. Porro Isdigunas a Iustiniano ea fuit acceptus humanitate, eo honore habitus, quo nullum dignatum unquam legatum audiimus. Illum enim quando Augustus epulis adhibebat, Braducionem eius interpretem iubebat geniali toro discumbere: cuius rei nullum ex omni memoria exemplum extabat. Nam interpretem cum vel infimi ordinis magistratu, nedum cum Augusto, ad mensam considere nemo unquam vidit. Ipsum etiam Isdigunam honorificentius, quam ferebat legati conditio, excepit remisitque: licet omni inanem re, ut dixi, legationem gereret. Si quis enim factas impensas ac dona discedenti Isdigunae collata vocet ad calculum, excedere auri mille pondo inveniet. Huc demum recidit Chosrois in urbem Daram molitio.

29. In Lazicam Chosroes ante omnia vim magnam materiae navibus aedificandis idoneae convectari iussit, vero consilio, quod nemini aperuit, istud praetexens, eam se ad murales machinas Petrae conficiendas mittere. Deinde Persarum bello praestantium ad trecentos delectu habito, illos duce Phabrizo, cuius modo mentio incidit, eodem destinat; cum huic mandasset, ut occultissime Gubazem e medio tolleret:

λήσειν. τὰ μὲν οὖν ξύλα ταῦτα ἐπεὶ ἐς Λαζικὴν ἐκομίσθη, κεραυνόβλητα ἐξαπιναίως γενόμενα τετεφρῶσθαι ξυνέβη· Φάβριζος δὲ σὺν τοῖς τριακοσίοις ἐς Λαζικὴν ἀφικόμενος ἔπρασσεν ὅπως δὴ ἀμφὶ Γουβάζῃ τὰ πρὸς τοῦ Χοσρόου ἐπηγγελμένα ὑποτελοίη. ἐτύγχανε δὲ τῶν τις ἐν Κόλχοις λογίμων, Φαρσάνσης ὄνομα, τῷ Γουβάζῃ προσκεκρουκὼς, ἐς μέγα τέ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἐμπεπτωκὼς ἔχθος καὶ ὡς ἥκιστα θαρσῶν τῷ βασιλεῖ ἐς ὄψιν ἥκειν. ὅπερ ἐπεὶ ὁ Φάβριζος ἔγνω, τὸν Φαρσάνσην μετακαλεσάμενος, ἐκοινολογεῖτό τε καὶ τὸν ἅπαντα λόγον ἐξενεγκὼν ἀνεπυνθάνετο τοῦ ἀνθρώπου ὅπῃ οἱ ἐπιχειρητέα ἐς τὴν πρᾶξιν εἴη. ἔδοξε τοίνυν σφίσιν ἐπὶ κοινῆς βουλευσαμένοις Φάβριζον μὲν ἐν Πέτρᾳ τῇ πόλει γενέσθαι, μεταπέμψασθαι δὲ Γουβάζην ἐνταῦθα, ὅπως οἱ ἀγγέλλοι ὅσα δὴ βασιλεῖ ἀμφὶ τῷ ξυνοίσοντι Λαζοῖς δοκοῦντα εἴη. ἀλλ' ὁ Φαρσάνσης κρύφα τῷ Γουβάζῃ ἐσήμηνε τὰ πρασσόμενα. διὸ δὴ Γουβάζης παρὰ μὲν Φάβριζον οὐδαμῇ ἦλθεν, ἐκ δὲ τοῦ ἐμφανοῦς ἐς ἀπόστασιν εἶδεν. Φάβριζος δὲ Πέρσαις μὲν τοῖς ἄλλοις τοῦ ἐν Πέτρᾳ φυλακτηρίου ἐπιμελεῖσθαι πάσῃ δυνάμει ἐπέστελλε καὶ τὰ ἐς πολιορκίαν ὡς ἀσφαλέστατα ἐξαρτύεσθαι, αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς τριακοσίοις ἐπ' οἴκου ἄπρακτος ἀνεχώρησε. Γουβάζης δὲ ἀνενεγκὼν ἐς Ἰουστινιανὸν βασιλέα τὰ παρόντα σφίσι, τῶν μὲν τὰ πρότερα πεπραγμένων Λαζοῖς ἐδεῖτο συγγνώμονα εἶναι, ἀμῦναι δὲ σφίσι δυνάμει τῇ πάσῃ ἀπαλλαξείουσι τῆς Μή-

B (ad lin. 1) C (ad lin. 10) D (ad lin. 20)

5. φαρσάνσης A hic et infra. *Pharsases* RV. *Βαρσάνσης* HP. 8. Φάβριζος] φαύριζος HL. *ibid.* Φαρσάνσην] *Βαρσάνσην* P, non H. 13. ἀγγέλλοι] Vulgo ἀγγέλοι. 14. Φαρσάνσης] Vulgo *Βαρσάνσης*.

sibi caetera curae fore. In Lazicam deportata materies repentino ictu fulminis deflagravit atque in cinerem redacta est. Quo postquam Phabrizus cum trecentis pervenit, operam dedit, ut quae in Gubazem habebat a Chosroe mandata, conficeret. Barsanses, nobilis Colchus, Gubazem cum offendisset, in eius odium incurrerat, conspectumque verebatur. Quo cognito Phabrizus, Barsansi accito consilium impertit, ex eoque aggrediendi facinoris rationem quaerit. Re in commune consulta, in eam sententiam itum est, uti Gubazem accerseret Phabrizus Petram, quasi communicare cum eo vellet, quae rex Chosroes e re Lazorum esse iudicaret. Sed paratum dolum Barsanses Gubazi clam indicavit. Quare Phabrizum adeo non convenit Gubazes, ut aperte ad defectionem spectare coeperit. Phabrizus, ubi caeteris Persis praecepit, ut Petram diligentius custodirent, seque ad obsidionem ferendam tutissime accingerent, re infecta cum trecentis remigravit. Gubazes quem in locum suae res venissent Iustiniano Aug. significavit, et ab eo veniam in praeteritum, validamque opem in praesens petivit Lazis, Medorum iugum excu-

V 334 δων ἀρχῆς. οὐ γὰρ κατὰ μόνας δυνήσεσθαι Κόλχους ἀποκρούσασθαι τὴν Περσῶν δύναμιν.

Ταῦτα ἐπεὶ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἤκουσε, περιχαρὴς γενόμενος ἄνδρας ἑπτακισχιλίους καὶ Δαγισθαῖον ἄρχοντα καὶ Τζάνους χιλίους ἐς ἐπικουρίαν Λαζοῖς ἔπεμψεν. οἳ δὴ ἐν γῇ τῇ Κολ- P 164 χίδι γενόμενοι ἅμα Λαζοῖς τε καὶ τῷ Γουβάζῃ ἐνστρατοπεδευσάμενοι ἀμφὶ τὸν Πέτρας περίβολον ἐς πολιορκίαν καθίσταντο. Περσῶν δὲ τῶν ἐνταῦθα ὄντων καρτερώτατα ἐκ τοῦ περιβόλου ἀμυνομένων, χρόνον τῇ προσεδρείᾳ πολὺν τετρίφθαι ξυνέβη, ἐπεὶ καὶ τὰ ἐδώδιμα ἐναποθέμενοι σφίσιν οἱ Πέρσαι διαρκῶς ἔτυχον. τούτοις δὲ ὁ Χοσρόης ξυνταραχθεὶς στρατιὰν πολλὴν ἱππέων τε καὶ πεζῶν ἐπ' αὐτοὺς ἔστελλεν, οἷς δὴ ἄρχοντα Μερμερόην ἐπέστησεν. ὧνπερ ὁ Γουβάζης αἰσθόμενος τῷ τε Δαγισθαίῳ ἐπίκοινα βουλευσάμενος ἐποίει τάδε.

Βόας ὁ ποταμὸς ἔξεισιν ἄγχιστά πη τῶν Τζανικῆς ὁρίων ἐν Ἀρμενίοις, οἳ δὴ ἀμφὶ τὸ Φαράγγιον ᾤκηνται. καὶ τὰ μὲν πρῶ- B τα ἐν δεξιᾷ ἐπὶ πλεῖστον χωρεῖ, βραχύς τε ἰὼν καὶ πόνῳ οὐδενὶ γενόμενος ἐσβατὸς ἅπασιν ἄχρι ἐς χῶρον, οὗ δὴ ἐν δεξιᾷ μὲν Ἰβήρων τὰ ὅριά ἐστι, καταντικρὺ δὲ τελευτᾷ ὄρος ὁ Καύκασος. ἐνταῦθα ἔθνη ἄλλα τε πολλὰ καὶ Ἀλανοί τε καὶ Ἀβασγοὶ ᾤκηνται Χριστιανοῖς τε καὶ Ῥωμαίοις φίλοι ἐκ παλαιοῦ ὄντες, Ζῆχοί τε II 87 καὶ μετ' αὐτοὺς Οὖννοι, οἳ Σάβειροι ἐπικαλοῦνται. ἐπειδὰν δὲ ὁ ποταμὸς οὗτος ἀφίκηται ἵνα δὴ τοῦ τε Καυκάσου καὶ Ἰβηρίας τὰ ὅριά ἐστιν, ἐνταῦθα ἐπιγινομένων οἱ καὶ ἄλλων ὑδάτων μεί-

15. *Βόας*] Vulgo *Βοάς*.

tere peroptantibus: quod pares per se soli non forent Persicis viribus repellendis.

Hoc laetus nuntio Iustinianus Aug. Romanorum VII. M. Dagisthaeo duce, cum Tzanis mille, suppetias Lazis afferre iubet. Hi castris ad Petrae moenia cum Lazis et Gubaze coniunctis, obsidionem aggressi sunt: quae diuturna admodum fuit, Persico praesidio e muris urbem fortissime defensante, uberique annona instructo. Quarum rerum nuntio turbatus Chosroes, eo magnas equitum peditumque copias misit, duce illis praefecto Mermeroe. Quod ubi intellexit Gubazes, communicato cum Dagisthaeo consilio, ita, ut mox dicam, se gessit.

Apud Armenios Pharangii accolas, proxime Tzanicae fines, oritur fluvius Boas: qui dextra longissime procurrit, a fonte modicus, et cuivis facile superabilis ad id loci, ubi ad dextram quidem est Iberiae limes, e regione vero extremus Caucasus. Ibi cum aliae gentes multae sedes habent, tum Alani atque Abasgi, veteres Christianorum ac Romanorum amici: Zechi praeterea, postque hos Hunni cognomento Sabiri. Eo progressus hic fluvius, ubi et Caucasus et Iberia terminantur, con-

ζων τε παρὰ πολὺ γίνεται. καὶ Φᾶσις ἀντὶ Βόα τὸ ἐνθένδε καλούμενος φέρεται, ναυσίπορος γεγενημένος ἄχρι ἐς τὸν Εὔξεινον καλούμενον πόντον, οὗ δή οἱ καὶ τὰς ἐκβολὰς ξυμβαίνει εἶναι, καὶ C αὐτοῦ ἐφ᾽ ἑκάτερα Λαζική ἐστιν. ἀλλ᾽ ἐν δεξιᾷ μὲν ξύμπασα ἐπὶ πλεῖστον ἡ χώρα πρὸς τῶν τῇδε ἀνθρώπων οἰκεῖται μέχρι τῶν Ἰβηρίας ὁρίων. κῶμαί τε γὰρ αἱ Λαζῶν πᾶσαι τοῦ ποταμοῦ ἐντὸς ἐνταῦθά εἰσι καὶ πολίσματα ἐκ παλαιοῦ σφίσι ταύτῃ πεποίηνται, ἐν τοῖς Ἀρχαιόπολις, ἐχυρωτάτη οὖσα, Σεβαστόπολίς τε ἐνταῦθα καὶ τὸ Πιτιοῦντος φρούριόν ἐστι Σκάνδα τε καὶ Σαραπανὶς πρὸς τοῖς Ἰβηρίας ὁρίοις. πόλεις μέντοι ἀξιολογώταται ἐνταῦθά εἰσι Ῥοδόπολις καὶ Μοχόρησις. τοῦ δὲ ποταμοῦ ἐν ἀριστερᾷ Λαζικῆς μὲν τὰ ὅριά ἐστι μέχρι ἐς ἡμέρας ὁδὸν εὐζώνῳ ἀνδρί, ἔρημον δὲ ξυμβαίνει ἀνθρώπων τὴν χώραν εἶναι. ταύτην προσοικοῦσι Ῥωμαῖοι τὴν χώραν, οἳ Ποντικοὶ ἐπικαλοῦνται. ἐν μὲν οὖν τοῖς Λαζικῆς ὁρίοις, ἔνθα δὴ ἄν- D θρωποι οὐδαμῇ ᾤκηντο, Πέτραν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς τὴν πόλιν ἐν τοῖς κατ᾽ ἐμὲ χρόνοις ἐδείματο. οὗπερ Ἰωάννης, ὁ Τζίβος ἐπικαλούμενος, τὸ μονοπώλιον καταστησάμενος, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, αἴτιος τῆς ἀποστάσεως Λαζοῖς γέγονεν. ἐκ δὲ Πέτρας πόλεως ἰόντι εὐθὺς πρὸς ἄνεμον νότον οἱ Ῥωμαίων ὅροι ἐκδέχονται, χωρία τε πολυάνθρωπα ἐνταῦθά ἐστι, τό τε Ῥίζαιον καλούμενον καὶ Ἀθῆναι ἄλλα τε ἄττα μέχρι Τραπεζουντίων. ἡνίκα μὲν οὖν ἐπήγαγον τὸν Χοσρόην Λαζοὶ Βόαν ποταμὸν διαβάντες, τόν τε Φᾶσιν ἐν δεξιᾷ ἔχοντες ἐς Πέ-

19. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P.

fluentium aquarum vi multum increscit, et mutato Boae cum Phasidis nomine, cursum prosequitur, navigiorum patiens ad Pontum usque Euxinum, in quem sese exonerat. Hic ab utraque ripa est Lazica. Ac dextra quidem regionem totam, quam longissime ad Iberiae fines porrigitur, indigenae tenent. Ibi enim cis flumen siti sunt omnes Lazorum vici et antiqua oppida: inter quae est urbs munitissima Archaeopolis. Hic etiam Sebastopolis: hic Pitiuntis castellum: Scanda autem et Sarapanis ad Iberiae confinia: omnium nobilissimae urbes Rhodopolis ac Mochoresis. Ab amnis laeva ad Lazicae limitem non est plus itineris quam quod uno die viator expeditus conficiat. Plagam hanc cultu vacantem Romani Pontici accolunt. In huius autem Lazicae desertae finibus aetate nostra Iustinianus Aug. urbem Petram condidit: ubi Ioannes cognomine Tzibus instituto, ut supra dixi, monopolio, Lazis causam praebuit defectionis. Ab urbe Petra ad austrum pergenti occurrunt statim Rom. Imperii fines. Hic sunt incolis frequentia loca, Rhizaeum, Athenae, et alia quaedam usque Trapezuntem. Perro Lazi, quando duxerunt Chosroem, transito Boa flumine, Petram iverunt, habentes a dextra Phasin:

τραν ἦλθον, τῷ μὲν λόγῳ προνοήσοντες ὡς μὴ χρόνῳ τε καὶ πόνῳ πολλῷ διαπορθμεύεσθαι ἀναγκάζωνται ποταμὸν Φᾶσιν, οὐ
P 165 βουλόμενοι δὲ τὰ σφέτερα οἰκία Πέρσαις ἐνδείκνυσθαι. καίτοι δύσοδος πανταχόθι Λαζική ἐστιν ἐντός τε καὶ ἐκτὸς ποταμοῦ Φάσιδος. σκόπελοι γὰρ ὑπερφυεῖς ἐφ' ἑκάτερα τῆς χώρας ὄντες στενωποὺς ἐπὶ μακρότατον ἐνταῦθα ποιοῦνται· κλεισούρας ἑλληνίζοντες τὰς τοιαύτας ὁδοὺς Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. ἀλλ' ἐπεὶ τότε Λαζικὴ ἀφύλακτος ἐτύγχανεν οὖσα, ῥᾷστα δὴ ἐν Πέτρᾳ ξὺν τοῖς ἡγεμόσι Λαζοῖς ἐγένοντο Πέρσαι.

Νῦν δὲ ὁ Γουβάζης μαθὼν τὴν Περσῶν ἔφοδον τῷ Δαγισθαίῳ ἐπέστελλε πέμψαι μέν τινας, οἳ φυλάξουσι τὸν στενωπὸν ἰσχυρότατα, ὃς ἐκτὸς Φάσιδος ποταμοῦ ἐστι, τὴν μέντοι προσεδρείαν ὡς ἥκιστα λύειν, ἕως τήν τε Πέτραν καὶ Πέρσας τοὺς ἐνταῦθα ἐξελεῖν δύνωνται. αὐτὸς δὲ παντὶ τῷ Κόλχων στρατῷ
V 335 ἐς τὰ Λαζικῆς ἔσχατα ἦλθεν, ὡς τὸν ἐνταῦθα στενωπὸν διαφυ-
B λάξων δυνάμει τῇ πάσῃ· ἐτύγχανε δὲ οὐ πολλῷ πρότερον Ἀλανούς τε καὶ Σαβείρους ἐς ξυμμαχίαν ἐπαγόμενος, οἵπερ ὡμολόγησαν κεντηναρίων τριῶν οὐχ ὅσον ἀδῄωτον Λαζοῖς ξυμφυλάξειν τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ Ἰβηρίαν οὕτω καταστήσεσθαι ἀνδρῶν ἔρημον ὡς μηδὲ Πέρσαις ἐνθένδε τὸ λοιπὸν ἰέναι δυνατὰ ἔσεσθαι. ταῦτά τε σφίσι τὰ χρήματα βασιλέα Γουβάζης ὑπέσχετο δώσειν. αὐτὸς μὲν οὖν ἀνενεγκὼν εἰς βασιλέα Ἰουστινιανὸν τὰ ξυγκείμενα τοῖς

1. προνοήσοντες AHL. προνοήσαντες P. 3. καίτοι] Vulgo καί τι. 16. οὐ πολλῷ πρότερον] οὐ om. HL. paulo ante RV. 20. μηδὲ] μὴ L.

quo facto fingebant se providere, ne multum temporis atque operae in traiectu Phasidis ponere cogerentur: verum autem consilium erat, ne sedes resque suas Persis monstrarent. Quanquam ubique, qua cis, qua trans fluvium Phasin, confragosa est Lazica. Utrinque enim ita horrent immanes scopuli, ut ibi angustias longis anfractibus impeditas efficiant: cuiusmodi vias Romani, qui Graecam affectant linguam, Clisuras vocant. At quoniam incustodita tum erat Lazica, facile Persae, Lazorum ductu, Petram attigerunt.

Iam vero Gubazes, ubi de Persarum adventu cognovit, Dagisthaeo praescripsit, ut e suis mitteret, qui fauces, quae trans Phasin sunt, validissime tuerentur, nec tamen absisteret obsidione, donec Petram eiusque praesidium Persicum expugnasset. Ipse cum omnibus Colchorum copiis extremam Lazicae oram petiit, ut in custodiam angustiarum pro virili parte incumberet. Idem paulo ante Alanos et Sabiros in belli societatem induxerat. Hi pacta mercede ter centum pondo auri spoponderant, se non modo Colchidem ab hostili iniuria tutam servaturos cum Lazis, sed Iberiam etiam ita nudaturos incolis, ut nunquam in posterum inde Persae possent erumpere. Eam summam Gubazes ipsis ab Impera-

τε βαρβάροις τὰ χρήματα ταῦτα ἱκέτευε πέμπειν καὶ Λαζοῖς ἄγαν κεκακωμένοις παραψυχήν προέσθαι τινά. ἔφασκε δὲ καί οἱ αὐτῷ τὸ δημόσιον τὰς συντάξεις ὀφείλειν ἐνιαυτῶν δέκα, ἐπεὶ ἐν τοῖς σιλεντιαρίοις ἐν παλατίῳ τασσόμενος οὐδὲν κεκομισμένος ἐνθένδε C εἴη, ἐξ οὗ δὴ ἐς γῆν τὴν Κολχίδα Χοσρόης ἦλθε. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς ἐπιτελέσειν μὲν διενοεῖτο τὴν αἴτησιν, ἐπιγενομένης δέ οἱ ἀσχολίας τινὸς οὐκ ἔπεμψε τῷ καθήκοντι χρόνῳ τὰ χρήματα. Γουβάζης μὲν οὖν ταῦτα ἐποίει.

Δαγισθαῖος δὲ (ἦν γάρ τις νεανίας πόλεμόν τε διενεγκεῖν Μηδικὸν οὐδαμῇ ἀξιόχρεως) τοῖς παροῦσιν οὐκ ἐπιτηδείως ἐχρῆτο. δέον οὖν ἀμέλει τὸ πλεῖστον τοῦ στρατοῦ ἐς τὸν στενωπὸν στεῖλαι, τάχα δ' ἂν που καὶ αὐτὸν τῷ ἔργῳ παραγενέσθαι, ἐς ἑκατὸν ἄνδρας, ὥσπερ τι πάρεργον διαχειρίζων, ἔπεμψε μόνους· αὐτὸς δὲ Πέτραν πολιορκῶν παντὶ τῷ στρατῷ οὐδὲν ἤνυε, καίπερ τῶν πολεμίων ὀλίγων ὄντων. κατ' ἀρχὰς μὲν γὰρ οὐχ ἥσσους D ἢ πεντακόσιοι καὶ χίλιοι ἦσαν. πρὸς Ῥωμαίων δὲ καὶ Λαζῶν ἐν χρόνῳ πολλῷ τειχομαχούντων βαλλόμενοι καὶ ἀρετὴν ἐπιδεικνύμενοι μάλιστα πάντων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, θνήσκουσί τε πολλοὶ καὶ σφίσιν ἐς ὀλίγους κομιδῇ ἀποκεκρίσθαι ξυνέπεσε. Πέρσαι μὲν οὖν ἐς ἀπόγνωσίν τε καὶ ἀπορίαν ἐμπεπτωκότες ἡσυχῇ ἔμενον, H 38 Ῥωμαῖοι δὲ ἀμφὶ τὸ τεῖχος διώρυχα ἐν χώρῳ ὀλίγῳ πεποίηνται, P 166

4. σιλεντιαρίοις] σιλεντηαρίοις AH. 17. βαλλόμενοι] τε βαλλόμενοι HL. βαλλόμενοί τε Hm.

tore promiserat. Quare Iustinianum Aug. de pacto monitum rogavit ut Barbaris pecuniam mitteret, Lazisque attritis levamenti aliquid impertiret. Sibi quoque de aerario solvenda annorum decem stipendia deberi dixit: quoniam cum esset ascriptus in silentiariorum Palatii numerum, nihil inde ad se rediisset, ex quo venisset in Colchidem Chosroes. Postulatui quidem satisfacere habebat in animo Iustinianus Aug. sed quodam intercurrente negotio pecuniam tempori non misit. Ita quidem se gessit Gubazes.

Dagisthaeus vero, ut adolescens erat, belloque impar administrando Persico, rem ex usu praesenti gerere nesciebat. Enimvero cum montium fauces maxima copiarum parte insidere, quin ipse etiam forte adesse praesens debuisset, quasi nihil nisi operis appendiculam tractaret, centum solummodo milites eo destinavit: ipse omnem exercitum Petrae obsidendae adhibens, quamvis exiguus esset hostium numerus, operam lusit. Initio quidem pauciores non erant MD. sed a Romanis Lazisque oppugnatione diutina impetiti, ac virtutem edentes, quantam omnium, quos equidem novimus, nemo ostendit, multis caesis, ad paucos oppido redacti fuerant. Hinc orta desperatione, consilii inopes, nihil movebant. Romani angusto in loco cuniculum egerunt ad murum, qui, ubi suffossus

ὅ τε ταύτῃ περίβολος εὐθὺς ἔπεσεν. ἀλλὰ ξυνέβη τούτου δὴ τοῦ χώρου ἐντὸς οἴκημα εἶναι οὐδὲν τοῦ περιβόλου διεστηκός, ὃ δὴ ἐξικνεῖτο ἐς τὸ πεπτωκὸς ἐφεξῆς ὅλον. καὶ ἀντὶ τοῦ τείχους πολιορκουμένοις γενόμενον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ οὐδέν τι ἧσσον αὐτοὺς καθίστη. ὅπερ Ῥωμαίους ξυνταράξαι οὐδαμῇ ἔσχεν. εὖ γὰρ εἰδότες ὡς αὐτὸ δὴ τοῦτο ἐργαζόμενοι ἑτέρωθι τὴν πόλιν ῥᾷστα
B αἱρήσουσιν εὐέλπιδες πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἐγένοντο. διὸ δὴ Δαγισθαῖος βασιλεῖ μὲν τὰ ξυνενεχθέντα ἐδήλου, ἆθλα δέ οἱ τῆς νίκης ἐν παρασκευῇ εἶναι προὐτείνετο, σημήνας ὅσοις δὴ αὐτόν τε καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν αὐτοῦ χρῆν βασιλέα δωρήσασθαι· Πέτραν γὰρ αἱρήσειν οὐ πολλῷ ὕστερον. Πέρσαι μὲν οὖν Ῥωμαίους τε καὶ Τζάνους καρτερώτατα τειχομαχοῦντας παρὰ δόξαν ὑφίσταντο, καίπερ ὀλίγοι ἀπολελειμμένοι ἐς ἄγαν. ἐπεὶ δὲ Ῥωμαῖοι τειχομαχοῦντες οὐδὲν ἤνυον, ἐπὶ τὸ διορύσσειν αὖθις ἐτράποντο.
C ἐς τόσον τε τοῦ ἔργου τούτου ἀφίκοντο, ὡς μηκέτι ἐπ' ἐδάφους τὰ τοῦ περιβόλου θεμέλια εἶναι, ἀλλ' ἐπὶ κενοῦ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἑστάναι, πεσούμενα, ὡς τὸ εἰκός, αὐτίκα δὴ μάλα. καὶ εἰ μὲν Δαγισθαῖος εὐθὺς ἤθελε πῦρ τοῖς θεμελίοις ἐνάψαι, οἶμαι εὐθυωρὸν σφίσι τὴν πόλιν ἁλῶναι· νῦν δὲ τὰς ἐκ βασιλέως καραδοκῶν ἐλπίδας μέλλων τε ἀεὶ καὶ τρίβων τὸν χρόνον ἡσυχῇ ἔμενε. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ ἐπράσσετο τῇδε.

V 386 λ'. Μερμερόης δέ, ἐπεὶ τοὺς Ἰβηρίας ὅρους παντὶ τῷ
D Μήδων στρατῷ ἤμειψε, πρόσω ἐχώρει, ποταμὸν Φᾶσιν ἐν δε-

13. ὀλίγοι] οἱ λόγοι H. 22. ἐπεὶ] ἐπὶ H. 23. ἤμειψε] fo. ἀμείψας Hm.

fuerat, statim corruit. At domus, quae intus erat sub moenibus, toti penitus ruinae subtenta, ac muri vicem obsessis praestans, eos nihilo minus tutabatur. Quod Romanos adeo non turbavit, ut spe meliori compleverit, probe scientes, si id ipsum alibi molirentur, se facillime capturos urbem. Quapropter Dagisthaeus quo rem deduxisset Imperatori significavit, ac sibi ut victoriae praemium pararetur poposcit, ausus scilicet indicare, quibus se fratremque suum ornari ab Augusto muneribus aequum esset, Petram propediem recepturos. Caeterum Persae validas Romanorum Tzanorumque impressiones praeter opinionem sustinebant, quamvis perquam pauci restarent. Videntes Romani frustra a se verberari moenia, denuo se ad cuniculos convertunt. Quod opus eo promoverunt, ut non solo insiderent fundamento muri, sed pars eorum magna super inani staret, iamiam, ut vero proximum videbatur, casura. Ac si Dagisthaeus ignem statim subiicere voluisset, momento urbs, mea quidem sententia, in Romanorum potestatem venisset. Nunc autem avide quid spei sibi ab Augusto offerretur expectans, diemque ex die ducens, ac terens tempus, cessabat. Haec in castris Romanorum.

30. At Mermeroes Iberiae fines transgressus, porro cum exercitu universo pergebat, fluvium Phasin a dextra habens. Nolebat enim per

ξιᾷ ἔχων· διὰ γὰρ τῶν ἐπὶ Λαζικῆς χωρίων ἰέναι οὐδαμῇ ἤθελε, τοῦ μή τί οἱ ταύτῃ ἐμπόδισμα ὑπαντιάσαι. Πέτραν γὰρ πόλιν καὶ Πέρσας τοὺς ἐνταῦθα διασώσασθαι ἐν σπουδῇ εἶχε, καίτοι καὶ μοῖρά τις τοῦ περιβόλου καταπεπτώκει ἐξαπιναίως. ᾐώρητο γάρ, ὥσπερ μοι εἴρητο· ἄνδρες τε τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἐς πεντήκοντα ἐθελούσιοι ἐν τῇ πόλει γενόμενοι βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἀνεβόων καλλίνικον. ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν νεανίας τις Ἀρμένιος γένος, Ἰωάννης ὄνομα, Θωμᾶ υἱός, ὅνπερ Γούζην ἐπίκλησιν P 167 ἐκάλουν. οὗτος ὁ Θωμᾶς πολλὰ τῶν ἀμφὶ τὴν Λαζικὴν ὀχυρωμάτων ἐδείματο, βασιλέως οἱ ἐπαγγείλαντος, καὶ τῶν ἐκείνῃ στρατιωτῶν ἦρξεν, ἔμφρων τε βασιλεῖ ἔδοξεν εἶναι. ὁ μὲν Ἰωάννης, Περσῶν σφίσιν ἐς χεῖρας ἐλθόντων, πληγεὶς αὐτίκα ξὺν τοῖς ἑπομένοις εἰς τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρησεν, ἐπεί οἱ οὐδεὶς τῶν ἐκ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἕτερος ἀμύνων ἦλθε· Πέρσης δὲ ἀνήρ, Μιρράνης ὄνομα, ὅσπερ τοῦ ἐν Πέτρᾳ φυλακτηρίου ἦρχεν, ἀμφὶ τῇ πόλει δείσας, Πέρσαις μὲν πᾶσιν ἐπέστελλε τῆς φυλακῆς ἐς τὸ ἀκριβὲς μάλιστα ἔχεσθαι, αὐτὸς δὲ παρὰ Δαγισθαῖον σταλεὶς θῶπάς τε καὶ ἀπατηλοὺς προὐτείνετο λόγους, B οὐδενὶ πόνῳ ὁμολογῶν οὐ πολλῷ ὕστερον ἐνδώσειν τὴν πόλιν, ταύτῃ τε παρακρούσασθαι ἴσχυσεν, ὡς μὴ ἐς τὴν πόλιν αὐτίκα τῷ Ῥωμαίων στρατῷ ἐσιτητὰ εἶναι.

Οἱ δ', ἐπειδὴ οἱ ἀμφὶ Μερμερόην ἀφίκοντο ἐς τὸν στενωπόν, ἐνταῦθα σφίσι τὸ Ῥωμαίων φυλακτήριον ὑπηντίαζον ἐς ἑκατὸν ὄντες, καρτερῶς τε ἠμύναντο, καὶ τοὺς τῆς εἰσόδου

21. εἶναι Pm. ἰέναι. P. 24. ἠμύναντο] ἠμύνοντο L.

eas partes, quas Lazi incolunt, iter facere, ne quem obicem ibi offenderet, Petram ac praesidium Persicum servare maturans. Iam certe pars muri, qui, ut dixi, in inani pendebat, repentina ruina erat collapsa, deque Romano exercitu viri L. ultroneo impetu urbem ingressi, Iustinianum Aug. Victorem egregium proclamaverant, duce Armenio quodam adolescente, Thomae filio, cui nomen Ioanni, cognomen Guzi. Thomas is est, qui Imperatoris iussu multis Lazicam munitionibus cinxit, et militibus ibi positis praefuit, vir habitus ab eo prudens. Ioannes a Persis manum conserentibus sauciatus, cum suis illico se recepit in castra; quoniam nemo unus omnium e Romanorum exercitu succurrebat. Praesidio Petrae Praefectus, Mirrhanes nomine, natione Persa, urbi timens, cum Persas omnes in custodiam diligentissime intendere iussisset, Dagisthaeum adiit, et adulatoria fraudulentaque oratione illi palpum obtrusit, brevi se urbem facile dediturum pollicitans. Itaque effecit, ut ne subinde urbem Romanus miles ingrederetur.

Ubi vero Mermeroës ad montis fauces pervenit, occurrunt centeni illi custodes Romani, ac repugnando fortiter, aditum tentantes prohi-

ἀποπειρωμένους ἀνίστελλον. Πέρσαι δὲ οὐδαμοῦ ὑπεχώρουν, ἀλλὰ τοὺς κτεινομένους ἀεὶ ἕτεροι ἐκδεχόμενοι πρόσω ἐχώρουν, παντὶ σθένει τὴν εἴσοδον βιαζόμενοι. θνήσκουσι μὲν Πέρσαι πλέον ἢ χίλιοι, κτείνοντες δὲ Ῥωμαῖοι ἀπεῖπον, τοῦ τε ὁμίλου C σφᾶς βιαζομένου ὑπεχώρησάν τε καὶ ἐς τῶν ἐκείνῃ ὀρῶν τὰς ὑπερβολὰς ἀναδραμόντες διεσώθησαν. ταῦτα Δαγισθαῖος μαθὼν αὐτίκα τὴν προσεδρείαν διέλυσεν, οὐδὲν τῷ στρατῷ ἐπιστείλας, ἐπὶ Φᾶσίν τε ποταμὸν ἤλαυνε· καί οἱ Ῥωμαῖοι ξύμπαντες εἵποντο, τὰ σφέτερα αὐτῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἀπολιπόντες. Πέρσαι δὲ τὰ ποιούμενα κατιδόντες τάς τε πύλας ἀνέῳγον καὶ ἐπεξελθόντες ἀμφὶ τὰς καλύβας τῶν πολεμίων ἦλθον, ὡς τὸ στρατόπεδον ἐξαιρήσοντες. Τζάνοι δὲ (οὐδὲ γὰρ Δαγισθαίῳ ἑπισπόμενοι ἔτυχον) ἐβοήθουν ἐνταῦθα δρόμῳ, τρεψάμενοί τε πόνῳ οὐδενὶ τοὺς πολεμίους πολλοὺς ἔκτειναν. Πέρσαι μὲν οὖν D φεύγοντες ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἐγένοντο, Τζάνοι δὲ ληισάμενοι τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον εὐθὺ τοῦ Ῥιζαίου ἐχώρησαν. ἔνθεν δὲ ἐς Ἀθήνας ἐλθόντες διὰ Τραπεζουντίων ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν.

Μερμερόης δὲ καὶ ὁ Μήδων στρατὸς ἐνταῦθα ἦλθον ἡμέρᾳ μετὰ τὴν Δαγισθαίου ὑπαγωγὴν ἐνάτῃ· οὗ δὴ ἀπολελειμμένους H 89 ἐκ τοῦ Περσῶν φυλακτηρίου τραυματίας μὲν καὶ ἀπομάχους γεγενημένους πεντήκοντα καὶ τριακοσίους εὗρον, ἀκραιφνεῖς δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν μόνους· οἱ γὰρ ἄλλοι ἅπαντες ἐτεθνήκεσαν.

16. εὐθὺ] Vulgo εὐθὺς. *ibid.* ἔνθεν δὲ] ἐνθένδε Hoeschelius.
20. ἐνάτῃ L. ἐννάτῃ P.

bent. Pedem Persae nusquam referunt: sed cadentibus alii continuo atque alii succedentes, totisque aditum viribus perrumpentes procedunt. Peremptis plus mille Persis, fatiscunt edenda caede Romani: tum a confluente multitudine per vim exacti, subducunt sese; et cursu verticibus montium occupatis, incolumes evadunt. Quae simul ac Dagisthaeus accepit, nihil edicens exercitui, solvit obsidionem, et ad fluvium Phasin contendit. Eum Romani omnes secuti sunt, non sumpto spatio ad convasandum. Rem Persae contemplati, portas pandunt, effusique accedunt ad hostium tabernacula, ut castra diripiant. Accurrunt eo Tzani (neque enim Dagisthaeum secuti fuerant) ac facile versis in fugam hostibus, non paucos occidunt. Fugientes Persae committunt se urbi. Tzani vero Romana castra depraedati, recta Rhizaeum, hinc petierunt Athenas: unde per Trapezuntios domum redierunt.

Tandem die nono a Dagisthaei discessu Mermeroës cum Medorum exercitu Petram attigit. Ubi e praesidiariis Persis residuos reperit graves vulneribus et causarios CCCL. integros CL. solum: caeteri fato cesserant: quorum cadavera socii superstites non proiecerant extra moenia; sed ne hostem ad obsidionem urgendam accenderent maxima suorum pro-

ὧν τὰ σώματα οἱ περιόντες τοῦ περιβόλου ἐκτὸς οὐδαμῆ ἔρριψαν, ἀλλὰ τῷ τῆς ὀσμῆς δυσώδει ἀποπνιγόμενοι παρὰ δόξαν ἀντεῖχον, ὡς μή τινα ἐς τὸ πολιορκεῖν προθυμίαν τοῖς πολεμίοις ἅτε τῶν πλείστων ἀπολωλότων σφίσι παρέχωνται. ὅ τε Μερμερόης ἐπι- V 337
τωθάζων δακρύων τε καὶ θρήνων ἀξίαν Ῥωμαίων τὴν πολιτείαν P 168
ἔφασκεν εἶναι, οἷς γε δὴ ἐς τοῦτο ἀσθενείας περιεστήκει τὰ πράγματα, ὡς πεντήκοντά τε καὶ ἑκατὸν ἀτειχίστους Πέρσας μηδεμιᾷ μηχανῇ ἐξελεῖν δεδυνῆσθαι. καὶ τοῦ μὲν περιβόλου ἀνοικοδομήσασθαι ὅσα καταπεπτώκει ἐν σπουδῇ ἐποιεῖτο· ἐπεὶ δὲ οὔτε τίτανον ἐν τῷ παραυτίκα οὔτε τι ἄλλο τῶν ἐς τὴν οἰκοδομίαν ἐπιτηδείων ἐν παρασκευῇ εἶχεν, ἐπενόει τάδε. θυλάκους λινοῦς, οἷς δὴ Πέρσαι τὰ ἐπιτήδεια σφίσιν ἐσεκομίσαντο ἐς γῆν τὴν Κολχίδα, ψάμμου ἐμπλησάμενος ἐς τῶν λίθων τὴν χώραν ἐτίθετο, οἳ δὴ ἐνταῦθα βαλλόμενοι ἀντὶ τοῦ τοίχου ἐγένοντο. καὶ τρισχιλίους μὲν τῶν μαχίμων ἀπολεξάμενος αὐτοῦ εἴασεν, οἷσπερ τὰ B
ἐδώδιμα οὐκ ἐς χρόνου κατέθετο μῆκος, ἐπιστείλας τοῦ περιβόλου τῆς οἰκοδομίας ἐπιμελεῖσθαι· αὐτὸς δὲ παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ὀπίσω ἀπήλαυνεν· ἐπεί τέ οἱ ὁδῷ τῇ αὐτῇ ἐνθένδε ἰόντι οὐδεὶς τῶν ἀναγκαίων ἐγίνετο πόρος, ἅπαντα ἐν Πέτρᾳ λιπόντι, ἅπερ ἐπιφερόμενος ἐξ Ἰβηρίας ὁ στρατὸς ἔτυχεν, ἄλλην τινὰ πορείαν ἰέναι διὰ τῶν ταύτῃ ὀρῶν διενοεῖτο, ἵνα δὴ ἀνθρώπους οἰκεῖν ἔμαθεν, ὅπως ληιζόμενοι ἀποζῆν δύνωνται. ἐν ταύτῃ τῇ πορείᾳ τῶν τις ἐν Λαζοῖς λογίμων, Φούβελις ὄνομα, Πέρσας

3. ἅτε A. ἀπὸ P. 4. σφίσι L. σφίσιν P. 23. φούβελις AHm. Φουβέλιος HP.

dita clade, teterrimum odorem, quo praefocabantur, incredibili constantia pertulerant. Tum Romanos ridens Mermeroës, lugendam esse dixit ac deplorandam eorum rempublicam, quorum tanta esset infirmitas, ut Persis omnino CL. eosque moenibus spoliatos, nullo expugnare pacto valuissent. Ac muri ruinas omnes instaurare contendens, quoniam nec calx in praesenti, nec quidquam aliud aedificationi idoneum suppeditabat, hoc invento usus est. Saccos lineos, quibus Persae cibaria in Colchidem comportaverant, sabulo refertos, ubi facta labes erat, vice lapidum ita posuit, ut ibi congesti pro muro extiterint. Delectu habito, bellicosiorum militum tria millia in urbe reliquit cum brevi angustaque annona, atque extruendis moenibus operam navare sedulam iussit; ipse cum caeteris omnibus copiis retro discessit. Et quoniam, si eadem via reverteretur, defuturi erant commeatus, quippe reliquerat Petrae quidquid rei cibariae exercitus attulerat ex Iberia; iter aliud per montes, quos hominum domiciliis nitere audierat, tenere constituit, ut populationibus victum sibi parare possent. Qua in profectione Phubelius nobilis Lazus,

αὐλιζομένους ἐνήδρευσε, Δαγισθαῖον ἅμα Ῥωμαίων δισχιλίοις ἐπαγόμενος, οἳ δὴ τῶν Περσῶν ἐξ ἐπιδρομῆς ἵππους νέμοντάς C τινας ἔκτειναν, ἵππους τε ληισάμενοι δι' ὀλίγου τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο. οὕτω μὲν ὁ Μερμερόης τῷ Μήδων στρατῷ ἐνθένδε ᾔει.

Ὁ δὲ Γουβάζης, μαθὼν ὅσα δὴ Ῥωμαίοις ἔν τε τῇ Πέτρᾳ καὶ τῷ στενωπῷ ξυνηνέχθη γενέσθαι, οὐδ' ὣς ἔδεισεν, οὐδὲ τὴν ἐν τῷ κατ' αὐτὸν στενωπῷ φυλακὴν εἴασεν, ἐνταῦθα σφίσι τὴν κεφαλὴν τῆς ἐλπίδος οἰόμενος εἶναι. ἐξηπίστατο γὰρ ὡς, ἢν καὶ Ῥωμαίους ἐκτὸς Φάσιδος ποταμοῦ βιασάμενοι Πέρσαι τόν τε στενωπὸν διαβῆναι καὶ ἐν Πέτρᾳ γενέσθαι δεδύνηνται, οὐδὲν ἂν ἐνθένδε Λαζῶν τῇ χώρᾳ προστρίψαιντο βλάβος, Φᾶσιν D διαβῆναι οὐδεμιᾷ μηχανῇ ἔχοντες, ἄλλως τε καὶ νηῶν οὐ παρουσῶν σφίσιν. ὁ γὰρ ποταμὸς οὗτος βάθους μὲν εἴπερ τις ἄλλος ἱκανώτατα ἔχει, εὖρους δὲ ἐπὶ πλεῖστον διήκει. τῆς μέντοι ῥύμης αὐτῷ τοσοῦτον περίεστιν ὥστε δὴ ἐς τὴν θάλασσαν ἐκβαλὼν ἐπὶ μακρότατον κατὰ μόνας χωρεῖ, οὐδαμῇ ταύτῃ ἐπιμιγνύμενος. ὕδωρ ἀμέλει πότιμον τοῖς ἐκείνῃ ναυτιλλομένοις ὑδρεύεσθαι πάρεστιν ἐν μέσῳ πελάγει. καὶ φυλακτήρια μέντοι τοῦ ποταμοῦ ἐντὸς πεποίηνται πανταχόθεν Λαζοί, τοῦ μηδὲ ναυσὶ διαπορθμευομένοις τοῖς πολεμίοις ἀπόβασιν ἐς τὴν γῆν εἶναι. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς Σαβείρων μὲν τῷ ἔθνει τὰ ξυγκείμενα χρήματα ἔπεμψε, Γουβάζην δὲ καὶ Λαζοὺς χρήμασιν

8. φυλακὴν AHm. φυλακτικὴν HP. 14. μὲν εἴπερ τις ἄλλος] μὲν post ἄλλος HL. 16. τοσοῦτον] τοσοῦτο L. 20. λαζοὶ A. Λαζῶν P. λαζὸν L.

Persis, quietis causa subsidentibus, tetendit insidias, Dagisthaeum cum Romanis bis mille ducens. Hi turma Persarum, qui equos pascebant, cursim ferro concisa, et abreptis equis, continuo se receperunt. Inde Mermeroës cum exercitu Medorum abscessit.

Gubazes vero audita Romanorum ad Petram et montis angustias vice, ne ob id quidem concidit animo, nec faucium, quas occupaverat, abiecit custodiam, in hac summam ducens esse positam spei suae. Nam id probe tenebat, quamvis contingeret ut praevalentes Persae fauces transirent, deiectis per vim Romanis, et Petram attingerent, detrimenti inde nihil accepturam Lazicam, propterea quod illi Phasin traiicere non possent, maxime cum cymbis carerent. Hic enim fluvius tam altus, quam qui maxime, latissime etiam patet, adeo rapidus, ut postquam erupit in mare, discretus atque integer longissime procurrat, et hac navigantibus aquam dulcem praebeat in medio pelago. Porro in ora Lazis citima amnem passim praetexunt munitiones, eo extructae, ut vel navibus traiiciens hostis exscensu prohibeatur. Tum temporis Iustinianus Aug. pactam Sabiris pecuniam, et congiaria Gubazi Lazisque misit. Nec ita

ἄλλοις δεδώρηται. ἐτύγχανε δὲ πολλῷ πρότερον καὶ ἄλλο στρά- P 169 τευμα λόγου ἄξιον ἐς Λαζικὴν πέμψας, οἳ οὔπω ἀφικόμενοι ἐνταῦθα ἔτυχον. ἦρχε δὲ αὐτῶν Ῥεκίθαγγος ἐκ Θρᾴκης, ἀνὴρ ξυνετός τε καὶ ἀγαθὸς τὰ πολέμια. ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ πῃ εἶχε.

Γενόμενος δὲ ὁ Μερμερόης ἐν τοῖς ὄρεσιν, ὥσπερ μοι εἴρηται, Πέτραν ἐνθένδε τῶν ἐπιτηδείων ἐμπιπλάναι ἐν σπουδῇ εἶχεν. ἐπαρκέσειν γὰρ τῷ ἐνταῦθα φυλακτηρίῳ ἐς τρισχιλίους ὄντι τὰ ἐδώδιμα οὐδαμῇ ᾤετο, ἅπερ ἐσκομισάμενοι ξὺν αὐτοῖς ἔτυχον. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ ἐν ποσὶ σφίσι γινόμενα μόλις ἀπέχρη ἐς τὴν δαπάνην τῇ στρατιᾷ ταύτῃ, οὐχ ἧσσον ἢ τρισμυρίων οὔσῃ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ οὐδὲν ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον πέμπειν εἰς τὴν Πέτραν οἷοί B τε ἦσαν, λογισάμενος εὕρισκε σφίσιν ἄμεινον εἶναι τὸ μὲν πλέον τοῦ στρατοῦ ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ γῆς τῆς Κολχίδος, ὀλίγους δέ τινας ἐνταῦθα μεῖναι, οἳ δὴ ἔμελλον τῶν ἐπιτηδείων, οἷς ἂν ἐντύχοιεν, πολλὰ μὲν ἐς τὸ ἐν Πέτρᾳ φυλακτήριον ἐσκομίζεσθαι, τοῖς δὲ ἄλλοις αὐτοὶ διαρκῶς χρῆσθαι. ἄνδρας οὖν ἐς πεντακισχιλίους ἀπολεξάμενος αὐτοῦ εἴασεν, οἷς δὴ ἄρχοντας ἄλλους τε τρεῖς καὶ Φάβριζον κατεστήσατο. πλείους γὰρ ἐνταῦθα λείπεσθαι οὔ οἱ ἔδοξεν ἐπάναγκες εἶναι, πολεμίων οὐδαμῇ ὄντων. V 338 αὐτὸς δὲ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐς τὴν Περσαρμενίαν ἐλθὼν ἡσύχαζεν ἐν τοῖς ἀμφὶ Δούβιος χωρίοις.

Οἱ δὲ πεντακισχίλιοι, ἐπεὶ ἐγγυτέρω τῶν Λαζικῆς ἐσχάτων H 90 ἦλθον, παρὰ ποταμὸν Φᾶσιν ἐστρατοπεδεύσαντο ἅπαντες, ἐν- C

18. Φάβριζον Hm. Vulgo Φαύριζον.

pridem in Lazicam alterum destinarat exercitum haud contemnendum, qui nondum eo pervenerat. Illi praeerat Rhecithangus natione Thrax, vir prudentia ac bellica virtute egregius. Atque haec ita quidem habebant.

Mermeroës autem postquam, ut dixi, ad montes evasit, convectis inde commeatibus Petram affatim instruere enitebatur. Neque enim ter mille praesidiariis suffectura cibaria, quae secum ipsi detulerant, existimabat. Sed quoniam quidquid occurrebat, vix satis erat alendo exercitui, qui non minus triginta constabat virorum millibus, eamque ob causam nihil, quod alicuius esset momenti, Petram mitti poterat; cogitanti secum visum est satius esse, maiorem copiarum partem e Colchide demigrare, ac restare paucos, qui quam nacti essent annonam, haud maligne cum Petrae praesidio partirentur. Itaque militum delecta quinque millia ibi reliquit, quibus, praeter tres alios duces, Phabrizum praeposuit, supervacuum ratus plures relinquere, cum hostes nusquam adessent. Ipse cum reliquo exercitu ubi venit in Persarmeniam, stativa circa Dubios habuit.

origo, et varia fortuna. (10.) *Salomonis ac Maurorum mutuae literae. Utriusque aciei dispositio. Conciones militares. Praelium. Victoria Romanorum.* (11.) *Mauri bellum in Romanos instaurant. Burgaon Byzacii mons. Salomonis ad Romanos militaris oratio. Stupenda Maurorum clades.* (12.) *Althiae cum Iabda Maurorum principe singulare certamen. Montem Aurasium petit Salomon. Illius montis descriptio. Salomonis conatus irriti. Novi apparatus, praesertim adversus Mauros in Sardinia degentes.* (13.) *Belisarius Gotthis Siciliam eripit. Sol per annum integrum laboranti similis. Seditio militum in Africa, et coniuratio in Salomonem. Eorum furor. Salomonis et Procopii fuga.* (14.) *Seditiosi Carthaginem obsident. Missum a Salomone Iosephium necant. Audito adventu Belisarii fugiunt. Belisarii et Stozae factiosorum ducis conciones. Belisarius victor in Siciliam redit. Stozas in Numidia milites Romanos in partes suas trahit. Duces, contra fidem datam, interficit.* (15.) *Germanus a Iustiniano in Africam missus, militum animos sibi conciliat. Stozas Carthaginem petit. Germanus exercitum educit et alloquitur.* (16.) *Stozam Germanus in Numidiam redeuntem sequitur. Utriusque acies. Acerrimum praelium. Stozae fuga.* (17.) *Opprimitur coniuratio Maximini, tyrannidem affectantis.* (18.) *Iterum Africae praeficitur Salomon, copiisque augetur, Africae res optime componit. Suscepta in Mauros montis Aurasii incolas, expeditione, Gontharin praemittit: eius cladem ulciscitur: Zerbulem castellum oppugnat et capit.* (19.) *Tumar obsidetur a Salomone. Huius ad exercitum oratio. Praestans Gezonis facinus. Expugnatur Tumar, ac deinde Geminiani rupes. Pulsis e Numidia Mauris, Mauritaniam Sitiphensem Salomon vectigalem facit.* (20.) *Iustinianus Cyrum ac Sergium, Salomonis ex fratre nepotes, Pentapoli ac Tripoli praeficit. Ad epulas invitati a Sergio Mauri Leucathae, orta rixa, occiduntur. Natum hinc bellum vario Marte geritur. Salomonis interitus.* (21.) *Sergius Salomonis successor moribus suis omnes offendit. Antalae Maurorum principis ad Iustinianum epistola. Salomon Sergii frater a Mauris captus, dissimulato genere, redimitur vili pretio. Imprudens eius iactatio Laribensibus damnosa.* (22.) *Himerius Byzacii dux cum exercitu captus, Mauris operam navat. Astu captum ab illis Adrumetum Paulus sacerdos astu recipit. Calamitas Africae.* (23.) *Areobindus ab Imperatore missus in Africam, Magisterium militare bifariam divisum cum Sergio gerit. Ioannes Sisinnioli filius Stozam rebellium principem interficit: mox ipse interficitur.* (24.) *Tyrannidem affectans Gontharis, Mauros in Romanos commovet. Cum Antala clam paciscitur. Barbari Carthaginem petunt. Areobindus Cutzinam sibi conciliat. Gontharis Areobindo struit insidias.* (25.) *Gontharis tumultu terret Areobindum, et in ipsum milites concitat. Pugnatur. Areobindi mollities et fuga. Ipsum Gontharis e templo evocat, data fide per Reparatum Carthaginis Antistitem, ac demum necat.* (26.) *Antalas Maurorum princeps Gontharin deserit. Eiusdem caedem meditatur Artabanes impulsu Gregorii. Gontharis uxorem sororemque Areobindi honeste habet. Ab eo missus in Mauros Artabanes, ex composito se remissius gerit, et Carthaginem redit.* (27.) *Caedes Gontharidis accurate describitur. Eius auctor Artabanes ab Imperatore Magister militum creatur. Post ipsum eo munere fungitur Ioannes Pappi frater. Bis Mauros vincit, semel vincitur. Res tandem quietae in Africa.* (28.)

α'. Γελίμερ δὲ, ἐπεὶ Βανδίλους ἅπαντας ἐς ταὐτὸ εἶδεν ἀγηγερμένους, ἐπῆγεν ἐς Καρχηδόνα τὸ στράτευμα. γενόμενοί τε αὐτῆς ἄγχιστα τόν τε ὀχετὸν ἀξιοθέατον ὄντα διεῖλον, ὃς ἐς τὴν πόλιν εἰσῆγε τὸ ὕδωρ, καὶ χρόνον τινὰ ἐνστρατοπεδευσάμενοι
P 236 ὑπεχώρησαν, ὡς οὐδεὶς σφίσιν ἐπεξῄει τῶν πολεμίων. περιιόντες δὲ τὰ ἐκείνῃ χωρία τάς τε ὁδοὺς ἐν φυλακῇ ἐποιοῦντο καὶ Καρχηδόνα πολιορκεῖν ταύτῃ ᾤοντο, οὐ μὴν οὔτε ἐληΐζοντο οὐδὲν οὔτε τὴν γῆν ἐδῄουν, ἀλλ' ὡς οἰκείας μετεποιοῦντο. ἅμα καὶ προδοσίαν τινὰ ἔσεσθαι σφίσιν ἐν ἐλπίδι εἶχον Καρχηδονίων τε αὐτῶν καὶ Ῥωμαίων στρατιωτῶν, ὅσοις ἡ τοῦ Ἀρείου δόξα ἤσκητο. πέμψαντες δὲ καὶ ἐς τῶν Οὔννων τοὺς ἄρχοντας, καὶ πολλὰ ἔσεσθαι αὐτοῖς ἀγαθὰ πρὸς Βανδίλων ὑποσχόμενοι, ἐδέοντο φίλους τε καὶ ξυμμάχους γενέσθαι σφίσιν. οἱ δὲ οὐδὲ πρότε-
B ρον εὐνοϊκῶς ἐς τὰ Ῥωμαίων πράγματα ἔχοντες, ἅτε οὐδὲ ξύμμαχοι αὐτοῖς ἑκούσιοι ἥκοντες (ἔφασκον γὰρ τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν Πέτρον ὀμωμοκότα τε καὶ τὰ ὀμωμοσμένα ἠλογηκότα οὕτω δὴ σφᾶς ἀπαγαγεῖν ἐς Βυζάντιον) λόγους τε τῶν Βανδίλων ἐνεδέχοντο καὶ ὡμολόγουν, ἐπειδὰν ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ γένωνται, ξὺν αὐτοῖς ἐπὶ τὸ Ῥωμαίων στράτευμα τρέψεσθαι. ταῦτα δὲ ἅπαντα Βελισάριος ἐν ὑποψίᾳ ἔχων (ἠκηκόει γὰρ πρὸς τῶν αὐτομόλων, ἅμα δὲ καὶ ὁ περίβολος οὔπω ἐτετέλεστο ἅπας) ἐξιτητὰ μὲν σφίσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐν τῷ παρόντι οὐκ ᾤετο εἶναι, τὰ δὲ ἔνδο-

1. ἀγηγερμένους] ἐγηγερμένους P. 5. ὡς] ὅτι Pm.

1. Ubi Gelimer Vandalos in unum omnes coisse vidit, Carthaginem petiit cum exercitu. Proxime urbem, eius aquaeductum, spectandum sane opus, interciderunt, et in castris aliquandiu morati, cum hostium nemo erumperet, recessere. Tum hac illac divisi, insederunt itinera, satis id esse rati ad obsidionem Carthaginis. Nusquam facta praeda, nec vastitas illata agris: quin illis potius, ut suis, curam omnem tribuebant. Nec spes deerat proditionis, non ab ipsis modo Carthaginiensibus, sed a Romanis etiam militibus Arianis conflandae. Hunnorum quoque ducibus multa polliciti, ad amicitiam secum et societatem iungendam eos invitaverant. Hi vero Barbari, iam ante in rem Romanam parum propensi, militarem operam gravate nobis navabant, cum dicerent, se Byzantium pertractos fuisse Petri ducis iureiurando, quod ipse postea fefellisset. Quamobrem Vandalorum postulatis assensi, se, incepto praelio, arma in Rom. aciem versuros promiserant. Haec, a transfugis indicata, metuens Belisarius, necdum muris plane instauratis, eruptionem in hostes differen-

θεν ὡς ἄριστα ἐξηρτύετο. Καρχηδόνιον μέν τινα, ὄνομα Λαῦρον, ἐπὶ προδοσίᾳ ἡλωκότα καὶ πρὸς τοῦ οἰκείου γραμματέως C ἐληλεγμένον ἀνεσκολόπισεν ἐν λόφῳ τινὶ πρὸ τῆς πόλεως, καὶ ἀπ᾿ αὐτοῦ ἐς δέος τι ἄμαχον οἱ ἄλλοι καταστάντες τῆς ἐς τὴν προδοσίαν πείρας ἀπέσχοντο. τοὺς δὲ Μασσαγέτας δώροις τε καὶ τραπέζῃ καὶ τῇ ἄλλῃ θωπείᾳ μετιὼν ἡμέρᾳ ἑκάστῃ ἐξενεγκεῖν ἐς αὐτὸν ἔπεισεν ὅσα αὐτοῖς ὁ Γελίμερ ὑποσχόμενος εἴη, ἐφ᾿ ᾧ ἐν τῇ ξυμβολῇ κακοὶ γένωνται. ἔφασκον δὲ οἱ βάρβαροι οὗτοι οὐδεμίαν σφίσι προθυμίαν ἐς τὸ μάχεσθαι εἶναι (δεδιέναι γὰρ μὴ V 386 καὶ Βανδίλων ἡσσημένων οὐκ ἀποπέμψωνται Ῥωμαῖοι σφᾶς ἐς τὰ πάτρια ἤθη, ἀλλ᾿ αὐτοῦ ἀναγκάζοιντο ἐν Λιβύῃ γηράσκοντες θνήσκειν), καὶ μὴν καὶ περὶ τῇ λείᾳ, μὴ ἀφαιρεθῶσιν αὐτήν, ἐν φροντίδι εἶναι. τότε δὴ οὖν αὐτοῖς Βελισάριος πιστὰ ἔδωκεν D ὡς, ἢν κατὰ κράτος Βανδίλοι ἡσσηθεῖεν, αὐτίκα δὴ ἐς τὰ οἰκεῖα ξὺν πᾶσι λαφύροις σταλήσονται, οὕτω τε αὐτοὺς ὅρκοις καταλαμβάνει ἦ μὴν πάσῃ προθυμίᾳ ξυνδιενεγκεῖν σφίσι τὸν πόλεμον.

Ἐπειδή τε ἅπαντά οἱ ὡς ἄριστα παρεσκεύαστο καὶ ὁ περίβολος ἤδη ἀπείργαστο, ξυγκαλέσας ἅπαν τὸ στράτευμα ἔλεξε τοιάδε „Παραίνεσιν μέν, ἄνδρες Ῥωμαῖοι, οὐκ οἶδα ὅτι δεῖ ποιεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς, οἵ γε οὕτω τοὺς πολεμίους ἔναγχος νενικήκατε ὥστε Καρχηδών τε ἥδε καὶ Λιβύη ξύμπασα κτῆμα τῆς ὑμε-

10. ἡσσημένων] ἡσσωμένων H. ἡσσουμένων L. 15. τε AL. γὰρ P. [γὰρ] H. 16. σφίσι L. σφίσιν P. 21. ἔναγχος] ἔναχος A. 22. ὑμετέρας APm. ἡμετέρας P.

dam putavit, quoad in urbe res optime comparasset. Interea Laurum, civem Carthaginensem, manifestum proditorem, et vel scribae domestici testimonio convictum, in colle, qui pro urbe est, suspendio necavit: quo exemplo vehementer territi caeteri, proditionis consilium omiserunt. Massagetas autem quotidianis muneribus, communione mensae, omnique blanditiarum genere captans, ab ipsis elicuit et cognovit, quae promiserat Gelimer, ut in praelio rem ex composito male gererent. Nec dissimulabant Barbari se nihil animi ad pugnandum habere, iniecto metu, ne, post cladem etiam Vandalorum, a Romanis reditum in patriam haud impetrarent, sed in Africa consenescere, et supremum diem obire cogerentur. Addebant se ex hoc esse sollicitos, ne spoliarentur praeda. Tum fidem interposuit Belisarius, ac promisit. si vi Vandalus debellaretur, statim ipsis domum cum omni praeda redeundi copiam fore. Vicissim illi se omni ope et studio partes commilitum impleturos iurarunt.

Postquam omnia recte composita, ac muros plane refectos vidit, universo exercitu convocato, ita disseruit. ***Equidem scio nullis egere vos hortamentis, Romani, recenti illustres victoria, eaque tanta, ut haec urbs, illa Carthago, cum omni Africa, virtute vestra teneatur. Quamobrem su-***

τέρας ἀρετῆς ἐστι, καὶ δι' αὐτὸ ξυμβουλῆς οὐδεμιᾶς ὑμῖν ἐς εὐ-
τολμίαν ὁρμώσης δεήσει. τῶν γὰρ νενικηκότων ἥκιστα ἐλασσοῦ-
H 123 σθαι φιλοῦσιν αἱ γνῶμαι. ἐκεῖνο δὲ μόνον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς οὐκ
P 237 ἄπο καιροῦ οἴομαι εἶναι, ὡς, ἢν ὁμοίως ὑμῖν αὐτοῖς ἐν τῷ πα-
ρόντι ἀνδραγαθίζοισθε, αὐτίκα δὴ μάλα τὸ πέρας ἕξει τοῖς μὲν
Βανδίλοις τὰ τῆς ἐλπίδος, ὑμῖν δὲ ἡ μάχη. ὥστε ὑμᾶς ὡς προ-
θυμότατα εἰκὸς ἐς ξυμβολὴν τήνδε καθίστασθαι. ἡδὺς γὰρ ἀεὶ
τοῖς ἀνθρώποις ἀπολήγων τε καὶ ἐς καταστροφὴν ἐγγίζων ὁ πό-
νος. τὸν μὲν οὖν τῶν Βανδίλων ὅμιλον ὑμῶν διαλογιζέσθω μη-
δείς. οὐ γὰρ ἀνθρώπων πλήθει οὐδὲ σωμάτων μέτρῳ, ἀλλὰ
ψυχῶν ἀρετῇ φιλεῖ ὁ πόλεμος διακρίνεσθαι. εἰσίτω δὲ ὑμᾶς τὸ
πάντων ἰσχυρότατον τῶν ἐν ἀνθρώποις, ἡ ἐπὶ τοῖς πρασσομένοις
αἰδώς. αἰσχύνη γὰρ τοῖς γε νοῦν ἔχουσι τὸ σφῶν αὐτῶν ἡττᾶ-
σθαι καὶ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐλάσσους ὀφθῆναι. τοὺς γὰρ πολε-
B μίους εὖ οἶδα ὅτι ὀρρωδία τε καὶ κακῶν μνήμη περιλαβοῦσαι
ἀναγκάσουσι κακίους γενέσθαι, ἡ μὲν τοῖς φθάσασι δεδιττομένη,
ἡ δὲ ἀνασοβοῦσα τὴν τοῦ κατορθώσειν ἐλπίδα. τύχη γὰρ εὐθὺς
μοχθηρὰ ὀφθεῖσα δουλοῖ τῶν αὐτῇ περιπεπτωκότων τὸ φρόνημα.
ὡς δὲ νῦν ἡμῖν ἢ πρότερον ὑπὲρ μειζόνων ὁ ἀγών ἐστιν ἐγὼ δη-
λώσω. ἐν μὲν γὰρ τῇ προτέρᾳ μάχῃ τῶν πραγμάτων ἡμῖν οὐκ
εὖ προϊόντων ἐν τῷ μὴ τὴν ἀλλοτρίαν λαβεῖν ὁ κίνδυνος ἦν, νῦν
δέ, ἢν μὴ τῶν ἀγώνων κρατήσωμεν, τὴν ἡμετέραν ἀποβαλοῦ-
μεν. ὅσῳ τοίνυν τὸ κεκτῆσθαι μηδὲν τοῦ τῶν ὑπαρχόντων ἐστε-
ρῆσθαι κουφότερον, τοσούτῳ νῦν μᾶλλον ἢ πρότερον ἐν τοῖς

pervacaneum est verbis animos vobis addere, cum victores animo debilitari minime soleant. Hoc unum admonere non alienum, opinor, fuerit: si iam, vobis similes, vos fortiter geratis; puncto temporis, dies idem et spei Vandalis, et vobis belli finem faciet. Itaque summam alacritatem hoc praelium exigit: siquidem labor, cum ad exitum vergit, ac iam pene confectus est, iucundus accidit. Neque haec Vandalorum turba quanta sit, quisquam attendat. Non enim hominum multitudine, non mole corporum, sed ingentium animorum robore bellum dirimitur. In primis velim vos subeat rerum comes gestarum pudor, maximum omnium inter homines incitamentum. Enimvero sanae mentis hominem pudet a se ipso deficere, et virtutis pristinae egenum videri. Contra vero trepidatione et acceptae cladis memoria districtus hostis, profecto remissius agere cogetur; dum haec iam mentem praeteritis territabit, illa spem omnem bene gerendae rei convellet. Adversae enim fortunae facies, eorum, qui in ipsam incurrerint, non sinit animos esse liberos, nec praeclarum aliquid cogitare. Neque id praeteribo, iam nobis crevisse certandi causam. Nam si in priori pugna male res processisset, hoc unum erat periculum, ne solo, quod alii obtinebant, excluderemur: nunc, si vincamur, nostro eiecti fundo abibimus. Quanto igitur tolerabilius est non venisse in possessionem, quam ex ea de-

ἀναγκαιοτάτοις ὁ φόβος. καίτοι πρότερον τῶν πεζῶν ἡμῖν ἀπολελειμμένων τὴν νίκην ἀνελέσθαι τετύχηκε, νῦν δὲ ἵλεῳ τε τῷ C θεῷ καὶ τῷ παντὶ στρατῷ ἐς τὴν ξυμβολὴν καθιστάμενος κρατήσειν τοῦ στρατοπέδου τῶν πολεμίων αὐτοῖς ἀνδράσιν ἐλπίδα ἔχω. πρόχειρον οὖν ἔχοντες τὸ τοῦ πολέμου πέρας μή τινι ὀλιγωρίᾳ ἐς ἄλλον αὐτὸ ἀπόθησθε χρόνον, μὴ παραδραμόντα τὸν καιρὸν ἐπιζητεῖν ἀναγκάζησθε. ἀναβαλλομένη γὰρ ἡ τοῦ πολέμου τύχη οὐχ ὁμοίως τοῖς καθεστῶσι χωρεῖν πέφυκεν, ἄλλως τε ἢν καὶ γνώμῃ τῶν αὐτῇ διαφερόντων μηκύνηται. τοῖς γὰρ τὴν ὑπάρχουσαν εὐημερίαν προϊεμένοις τὸ δαιμόνιον ἀεὶ νεμεσᾶν εἴωθεν. εἰ δέ τις ἐννοεῖ τοὺς πολεμίους, παῖδάς τε καὶ γυναῖκας καὶ τὰ τιμιώτατα ὑπὸ ταῖς ἡμετέραις ὁρῶντας χερσί, τολμήσειν μὲν παρὰ D γνώμην, κινδυνεύσειν δὲ παρὰ τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς δύναμιν, οὐκ ὀρθῶς οἴεται. θυμὸς γὰρ ὑπεράγαν ἐν ταῖς ψυχαῖς ὑπὲρ τῶν τιμιωτάτων φυόμενος τήν τε οὖσαν ἰσχὺν καθαιρεῖν εἴωθε καὶ τοῖς καθεστῶσιν οὐκ ἐᾷ χρῆσθαι· ἃ δὴ πάντα λογιζομένους ὑμᾶς πολλῷ τῷ καταφρονήματι ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰέναι προσήκει."

β΄. Τοσαῦτα Βελισάριος παρακελευσάμενος ἱππέας μὲν P 238 V 387 ἅπαντας, πλὴν πεντακοσίων, ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ ἔστειλε, τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τὸ σημεῖον, ὃ δὴ βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, Ἰωάννῃ ἐπιτρέψας τῷ Ἀρμενίῳ καὶ ἀκροβολίσασθαι ἐπιστείλας,

9. αὐτῇ] αὐτῶν L. 10. τὸ δαιμόνιον] Offendit hoc librarium, qui in A adscripsit, οὐκ ὀρθῶς παρεισφέρεις τῇ τῶν χριστιανῶν πίστει δαιμόνιον καὶ τύχην εἱμαρμένην. καὶ γὰρ παρενείρεις τὰ ἀνθρώπεια. Eadem ex codice Scaligeri profert Hoeschelius, ubi scriptum τύχην καὶ εἱμαρμένην.

turbari, tanto magis nunc necessaria, quam ante, sollicitudo. Quanquam si victoriam prius, absente licet peditatu, retulimus, iam cum Deo propitio copiisque omnibus ad pugnam vadens, hostibus pariter atque eorum castris, ut equidem spero, potiar. At vos nolite committere, ut quem habetis in manibus belli finem, aliqua negligentia differatis in tempus aliud: ne elapsam occasionem quaeratis vel inviti. Nam in posterum reiecta belli fortuna non solet rerum statui consentaneum exitum afferre; praesertim cum remittitur eorum consilio, quibus ipsa impensius favet. Et vero semper numinis indignationem in se convertunt, qui concessam sibi prosperitatem ablegant. Quod si quis hostes, dum coniuges, liberos, et carissima quaeque, penes nos redacta, sibi ante oculos ponent, erectis praeter opinionem animis, supra vires pugnaturos existimat, nae is fallitur. Nam ira, ex rerum optatissimarum amore vehementior, plerumque illud ipsum, quod inest, robur infringit, nec datis opportunitatibus uti sinit. Quae omnia vobiscum reputantes, confidentissime, ut par est, hostem invadite.

2. Hac Belisarius habita concione, eodem die equitatum omnem, exceptis quingentis, emisit, scutariis cum vexillo, quod bandum Romani vocant, commissis Ioanni Armenio: cui iniunxit, ut, si pugnae velitaris oc-

ἣν καιρὸς γένηται. αὐτὸς δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ξὺν τῷ πεζῷ στρατῷ καὶ τοῖς πεντακοσίοις ἱππεῦσιν εἵπετο. τοῖς δὲ Μασσαγέταις, βουλευσαμένοις ἐν σφίσιν αὐτοῖς, ἔδοξεν, ὅπως δὴ εὐξυνθετεῖν πρός τε Γελίμερα καὶ Βελισάριον δόξωσι, μήτε μάχης ὑπὲρ Ῥω-
B μαίων ἄρξαι μήτε πρὸ τοῦ ἔργου εἰς Βανδίλους ἰέναι, ἀλλ' ἐπειδὰν ὁποτέρας στρατιᾶς τὰ πράγματα πονηρὰ εἴη, τηνικαῦτα ξὺν τοῖς νικῶσι τὴν δίωξιν ἐπὶ τοὺς ἡσσημένους ποιήσασθαι. ταῦτα μὲν οὖν τοῖς βαρβάροις ἐδέδοκτο τῇδε. ὁ δὲ Ῥωμαίων στρατὸς κατέλαβε τοὺς Βανδίλους ἐν Τρικαμάρῳ στρατοπεδεύσαντας, τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους Καρχηδόνος ἀπέχοντι. ἔνθα δὴ μακράν που ἀπ' ἀλλήλων ηὐλίσαντο ἑκάτεροι. ἐπειδὴ δὲ πόρρω ἦν τῶν νυκτῶν, τέρας ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ ἐγεγόνει τοιόνδε. τῶν δοράτων αὐτοῖς τὰ ἄκρα πυρὶ πολλῷ κατελάμπετο καὶ αὐτῶν αἱ αἰχμαὶ καίεσθαι ἐπὶ πλεῖστον σφίσιν ἐδόκουν. τοῦτο οὐ πολλοῖς μὲν φανερὸν γέγονεν, ὀλίγους δὲ τοὺς θεασαμένους
C κατέπληξεν, οὐκ εἰδότας ὅπη ἐκβήσεται. ξυνέπεσε δὲ Ῥωμαίοις τοῦτο καὶ αὖθις ἐν Ἰταλίᾳ χρόνῳ πολλῷ ὕστερον, ὅτε δὴ αὐτὸ καὶ νίκης σύμβολον, ἅτε πείρᾳ εἰδότες ἐπίστευον εἶναι. τότε δή, ὥσπερ εἴρηται, ἐπεὶ πρῶτον ἐγεγόνει, κατεπλάγησάν τε καὶ ξὺν δέει πολλῷ ἐνυκτέρευσαν.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ Γελίμερ Βανδίλους ἐκέλευε παῖδάς τε καὶ
H 124 γυναῖκας καὶ πάντα χρήματα ἐν μέσῳ καταθέσθαι τῷ χαρακώματι, καίπερ ὀχύρωμα οὐδὲν ἔχοντι, καὶ ξυγκαλέσας ἅπαντας

6. πονηρὰ] πόνηρα P. 7. ἡσσημένους] ἡσσομένους H. ἡσσαμένους L.

casio sese daret, eam arriperet. Ipse postridie cum peditatu et quingentis equitibus secutus est. Massagetae, habito inter se consilio, ut tum Gelimeri, tum Belisario praestare fidem viderentur, statuerant, ab ineunda pro Romanis pugna se continere, nec Vandalos prius aggredi, quam res affecta esset; sed cum altera labaret acies, cum victoribus instare victis. Id quidem Barbaris deliberatum erat: Romanus autem exercitus Vandalos offendit, metatos in Tricamaro, unde stadiis CXL. Carthago distat. Ibi utrique, procul invicem dissiti noctem egerunt: qua iam adulta, in Rom. castris portentum ortum est huiuscemodi. Summis hastis multus ignis emicuit, ita ut pleraeque cuspides ardere viderentur. Haud multi quidem adverterunt: pauci vero, qui rem spectarunt, attoniti, illius eventum ignorabant. Idem Romanis multo post contigit in Italia: ac sibi tum persuaserunt, experientia docti, portendi victoriam. Nunc autem, ut dictum est, ostento illo primum oblato perculsi, tota nocte trepidarunt.

Postridie Vandalis edixit Gelimer, ut liberos, uxores, omnemque pecuniam in mediis castris, quamvis immunitis, reponerent: et advocata

ἔλεξε τοιάδε „Οὐδ᾽ ὑπὲρ δόξης ἡμῖν, ἄνδρες Βανδίλοι, οὔτε ἀρχῆς στερήσεως μόνον ὁ ἀγών ἐστιν, ὥστε κἂν ἐθελοκακήσασι καὶ ταῦτα προεμένοις δυνατὸν εἶναι βιοῦν, οἴκοι τε καθημένοις D καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἔχουσιν· ἀλλ᾽ ὁρᾶτε δήπουθεν ὡς ἐς τοῦτο ἡμῖν περιέστηκε τύχης τὰ πράγματα ὥστε, ἢν μὴ τῶν πολεμίων κρατήσωμεν, τελευτῶντες κυρίους μὲν αὐτοὺς καταλείψομεν παίδων τε τῶνδε καὶ γυναικῶν καὶ χώρας καὶ πάντων χρημάτων, περιοῦσι δὲ ἡμῖν προσέσται τὸ δούλοις τε εἶναι καὶ ταῦτα ἐπιδεῖν ἅπαντα· ἢν δέ γε περιεσώμεθα τῷ πολέμῳ τῶν δυσμενῶν, καὶ ζῶντες ἐν πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς βιοτεύσομεν καὶ μετὰ τὴν εὐπρεπῆ τοῦ βίου καταστροφὴν παισὶ μὲν καὶ γυναιξὶ τὰ τῆς εὐδαιμονίας P 239 ἀπολελείψεται, τῷ δὲ τῶν Βανδίλων ὀνόματι τὸ περιεῖναί τε καὶ τὴν ἀρχὴν διασώσασθαι. εἰ γάρ τισι καὶ ἄλλοις πώποτε ὑπὲρ τῶν ὅλων τετύχηκεν ἀγωνίζεσθαι, καὶ αὐτοὶ νῦν μάλιστα πάντων γινώσκομεν ὡς τὰς ὑπὲρ ἁπάντων ἐλπίδας ἐφ᾽ ἡμῖν αὐτοῖς φέροντες ἐς τὴν παράταξιν καθιστάμεθα. οὐκ ἐπὶ τοῖς σώμασι τοίνυν τοῖς ἡμετέροις ὁ φόβος οὐδὲ ἐπὶ τῷ θνήσκειν ὁ κίνδυνος, ἀλλ᾽ ὥστε μὴ τῶν πολεμίων ἡσσῆσθαι. τῆς γὰρ νίκης ἀπολελειμμένης τὸ τεθνάναι ξυνοίσει. ὅτε τοίνυν ταῦτα οὕτως ἔχει, μαλακιζέσθω Βανδίλων μηδείς, ἀλλὰ τῷ μὲν φρονήματι προϊέσθω τὸ σῶμα, αἰσχύνῃ δὲ τῶν μετὰ τὴν ἧτταν κακῶν ζηλούτω τὴν τοῦ B βίου καταστροφήν. τῷ γὰρ τὰ αἰσχρὰ ᾐσχυμμένῳ πάρεστιν ἀεὶ

1. Οὐδ᾽] Vulgo Οὐχ. 10. βιοτεύσομεν] βιωτεύσομεν P. 12. τὸ περιεῖναι] τῷ περιεῖναι HL: illud Hm. 18. ἀπολελειμμένης] ἀπολελειμμένοι Grotius. 19. τεθνάναι L. τεθνᾶναι P. ibid. ὅτε] ὅτι Hm.

concione, sic verba fecit. *Iam ob id duntaxat, Vandali, non pugnamus, ne gloria atque imperio spoliemur: quasi nobis, postquam utrumque torpore voluntario amiserimus, vivere saltem domi, et in otio nostras possidere fortunas liceat. Videtis ipsi, rem in eum locum venisse, ut si hostis vicerit, casuri non simus, nisi hisce liberis nostris, uxoribus, agris, cunctis denique facultatibus in eius potestate relictis, nec vitam retenturi sine illo miseriae cumulo, quem servitus eorumque omnium aspectus malorum afferet. At si palmam adipiscemur, nos vita manet bonis undique referta: qua honeste defuncti, liberos et coniuges beatos divitiis relinquemus, ac Vandalorum regnum, pariter cum eorum nomine servatum stabit. Et vero si qui unquam de rerum summa certarunt, iam certe maxime planum est, nos ad pugnam ita accedere, ut in nobis sitam spei nostrae summam feramus. Quare nihil timendum corporibus, quando non est periculum ne vita, sed ne victoria amittatur; qua privatis, mori conducet. Quae cum ita sint, Vandalorum nemo se molliter gerat: sed quemque iuvet magno animo caput offerre, itaque pudeat opprobria pati, quae victos consequuntur; ut mortem decoram praeoptet et ambiat. In pectus illo pudore plenum intra-*

τὸ μὴ δεδιέναι τὸν κίνδυνον. μάχης δὲ τῆς πρότερον γεγενημέ-
νης μηδεμία ὑμᾶς εἰσίτω μνήμη. οὐ γὰρ κακίᾳ ἡμετέρᾳ ἡσσή-
θημεν, ἀλλὰ τύχης ἐναντιώμασι προσεπταικότες ἐσφάλημεν.
ταύτης δὲ τὸ ῥεῦμα οὐκ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ φέρεσθαι πέφυκεν, ἀλλ'
ἐν ἡμέρᾳ ἑκάστῃ ὡς τὰ πολλὰ μεταπίπτειν φιλεῖ· τῷ δὲ ἀνδρείῳ
τοὺς πολεμίους ὑπεραίρειν αὐχοῦμεν καὶ πλήθει παρὰ πολὺ ὑπερ-
V 388 βάλλεσθαι. μέτρῳ γὰρ αὐτῶν περιεῖναι οὐχ ἧσσον ἢ δεκαπλασίῳ
C οἰόμεθα. καὶ προσθήσω πολλά τε καὶ μεγάλα εἶναι τὰ νῦν μά-
λιστα ἡμᾶς εἰς ἀρετὴν ὁρμῶντα, τήν τε τῶν προγόνων δόξαν καὶ
τὴν παραδοθεῖσαν ἡμῖν ὑπ' ἐκείνων ἀρχήν. ἡ μὲν γὰρ ἐφ' ἡμῖν
τῷ ἀνομοίῳ τοῦ ξυγγενοῦς ἐγκαλύπτεται, ἡ δὲ ὡς ἀναξίους ἡμᾶς
ἀποφυγεῖν ἰσχυρίζεται. καὶ σιωπῶ τούτων τῶν γυναίων τὰς οἰ-
μωγὰς καὶ τῶν παίδων τῶν ἡμετέρων τὰ δάκρυα, οἷς νῦν, ὡς
ὁρᾶτε, περιαλγήσας μηκῦναι τὸν λόγον οὐ δύναμαι. ἀλλ' ἐκεῖνο
μόνον εἰπὼν παύσομαι, ὡς ἐπάνοδος ἡμῖν εἰς τὰ φίλτατα ταῦτα
οὐκ ἔσται μὴ τῶν πολεμίων κρατήσασιν. ὧν ἐνθυμηθέντες ἄν-
δρες τε ἀγαθοὶ γίγνεσθε καὶ μὴ καταισχύνητε τὴν Γιζερίχου
δόξαν.“

D Τοσαῦτα εἰπὼν Γελίμερ Τζάζωνα τὸν ἀδελφὸν ἐκέλευσε
Βανδίλοις τοῖς μετ' αὐτοῦ ἐκ Σαρδοῦς ἥκουσι παραίνεσιν ἰδίᾳ
ποιήσασθαι. ὁ δὲ αὐτοὺς ξυναγείρας μικρὸν ἄποθεν τοῦ στρα-
τοπέδου ἔλεξε τοιάδε „Βανδίλοις μὲν ἅπασιν, ἄνδρες συστρα-

3. ἐσφάλημεν] ἐσφάλομεν AHL: illud Hm et L correctus. 4. ταὐτὰ AHm. ταῦτα P. 10. ἡμῖν] ὑμῖν L. 17. γίγνεσθε] γίνεσθε L. 21. ξυναγείρας] ξυνεγείρας H.

re timor periculi nequit. Iamque abeat penitus superioris conflictus memoria. Neque enim nostra, sed adversae fortunae culpa nobis accidit illa belli offensio. At non idem semper est, immo vero mutatur quotidie fortunae cursus. Quid quod etiam gloriamur anteire nos hostibus fortitudine, et numero longe esse superiores, cum, ut apparet, plures decuplo simus. His addo multa ac magna, quae iam praesertim valere apud nos debent, incitamenta virtutis: maiorum nempe nostrorum gloriam, et ab ipsis relictam nobis amplissimam ditionem. Nam illa quidem sobolis degeneris vitio obscuratur, haec vero a nobis, tanquam indignis, dilabi, sine ulla dubitatione dicitur. Sileo coniugum, quae hic adsunt, lamenta, ac parvulorum lacrimas, quibus, ut videtis, permotus, orationem cogor abrumpere. Itaque finem dicendi faciam, id unum effatus, nunquam nobis, nisi victoribus, reditum ad haec carissima datum iri. Horum memores, pugnate viriliter, nec labem aspergite nomini Gizerici.

Ita concionatus Gelimer, Tzazoni fratri mandavit, ut secum advectos e Sardinia Vandalos seorsum cohortaretur: quos ille, non procul a castris coactos, in hunc modum est allocutus. *Quae modo a Gelimere*

τιῶται, ὑπὲρ τούτων ὁ ἀγών ἐστιν, ὧν δὴ ἀρτίως λέγοντος τοῦ βασιλέως ἠκούσατε, ὑμῖν δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασι καὶ πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς ἁμιλλᾶσθαι ξυμβαίνει. νενικήκατε γὰρ ἔναγχος ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας ἀγωνισάμενοι καὶ τὴν νῆσον ἀνεκτήσασθε τῇ Βανδίλων ἀρχῇ· ὥστε ὑμᾶς νῦν μείζω ποιεῖσθαι εἰκὸς τῆς ἀρετῆς τὴν ἐπίδειξιν. οἷς γὰρ ὑπὲρ τῶν μεγίστων ὁ κίνδυνος, μεγίστην εἶναι καὶ τὴν ἐς τοὺς πολεμίους προθυμίαν ἀνάγκη. οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας ἀγωνιζόμενοι ἡσσηθέντες, ἂν οὕτω τύχοι, οὐκ ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις ἐσφάλησαν· οἷς δὲ ὑπὲρ τῶν ὅλων ἡ μάχη, πάντως ὁ βίος πρὸς τὸ τοῦ πολέμου ῥυθμίζεται πέρας, ἄλλως τε, P 240 ἢν μὲν ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐν τῷ παρόντι γένησθε βεβαιοῦτε ὑμῖν αὐτοῖς ἀρετῆς ἔργον τὴν τοῦ τυράννου Γώδα γεγονέναι, καθαίρεσιν· μαλακισθέντες δὲ νῦν καὶ τῆς ἐπ' ἐκείνοις εὐδοξίας ὡς οὐδὲν ὑμῖν προσηκούσης στερήσεσθε. καίτοι καὶ ἄλλως ἡμᾶς γε εἰκὸς τῶν λοιπῶν Βανδίλων ἐν ταύτῃ πλεονεκτεῖν τῇ μάχῃ. τοὺς μὲν γὰρ σφαλέντας ἡ προλαβοῦσα τύχη ἐκπλήσσει, οἱ δὲ οὐδὲν ἐπταικότες μετ' ἀκραιφνοῦς τοῦ θάρσους ἐς τὸν ἀγῶνα καθίστανται. κἀκεῖ- H 125 νο δὲ οἶμαι οὐκ ἄπο τρόπου εἰρήσεται, ὡς ἢν τῶν πολεμίων κρατήσωμεν, τὸ πλεῖστον τῆς νίκης ὑμεῖς ἀναδήσεσθε μέρος, σωτῆράς τε ὑμᾶς ἅπαντες τοῦ τῶν Βανδίλων καλέσουσιν ἔθνους. οἱ γὰρ σὺν τοῖς πρότερον ἠτυχηκόσιν εὐδοκιμοῦντες εἰκότως αὐτοὶ B

11. βεβαιοῦτε] βεβαιοῦται H: illud Hm. βεβαιοῦται L. ibid. ὑμὶν Maltretus. Vulgo ἡμῖν. 19. ἀναδήσεσθε] ἀναδήσασθε H. ἀναδήσασθε L.

Rege audistis, commilitones, Vandalis quidem omnibus communem offerunt pugnandi causam: sed vos praecipuam habetis promendi certatim vires prae caeteris. Et vero si nuper vobis pro regno pugnantibus victoria cessit, et in ditionem Vandalicam per vos insula rediit, eluceat iam magis virtus vestra oportet. Etenim qui de maximis rebus contendunt, ardore maximo hostem petere necesse habent. Certantibus quidem de principatu si vinci contigerit, nihil periit, quod sit admodum necessarium: cum autem armis de summa rerum decernitur, a belli exitu omnis vita pendet. Neque id leve est, quod, ut strenue pugnando, opinionem confirmabitis, quae Godae tyranni exitium ascribit virtuti vestrae, ita iam animum demittendo, ea laude, tanquam indebita, excidetis. At nos altius surgere, et in hoc praelio supra omnes Vandalos eminere debemus. Dum enim in bellum lapsos pristini casus recordatio deiicit, qui non offenderunt, integra pleni audacia pugnant. Neque hoc, ut equidem sentio, inepte quis dixerit, si victoriam consequamur, partem eius maximam, atque adeo gentis Vandalicae salutem vobis confessione publica ascribendam. Nam qui clarum et celebre facinus cum iis edunt, qui male rem ante gesserint, prae-

τὴν ἀμείνω σφετερίζονται τύχην. ταῦτα τοίνυν ἅπαντα λογιζομένους ὑμᾶς φημι χρῆναι παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἀπολοφυρομένους κελεύειν θαρσεῖν τε ἤδη καὶ τὸν θεὸν ἐς ξυμμαχίαν παρακαλεῖν, καὶ θυμῷ μὲν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰέναι, τοῖς δὲ ὁμοφύλοις ἐς ταύτην ἡγεῖσθαι τὴν μάχην."

γ'. Τοσαῦτα Γελίμερ τε καὶ Τζάζων παραινέσαντες ἐξῆγον τοὺς Βανδίλους, καὶ ἀμφὶ τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν, οὐ προσδεχομένων Ῥωμαίων, ἀλλ' ἄριστον σφίσι παρασκευαζόντων, παρῆσαν καὶ παρὰ τὰς τοῦ ποταμοῦ ὄχθας ὡς ἐς μάχην ἐτάξαντο. ἔστι δὲ ποταμὸς ὁ ταύτῃ ῥέων ἀέναος μὲν, οὕτω δὲ τὸ
C ῥεῦμα βραχὺς ὥστε οὐδὲ ὀνόματος ἰδίου πρὸς τῶν ἐπιχωρίων μεταλαγχάνει, ἀλλ' ἐν ῥύακος μοίρᾳ ὠνόμασται. τούτου δὴ τοῦ ποταμοῦ Ῥωμαῖοι ἐς τὴν ἑτέραν ὄχθην ὡς ἐκ τῶν παρόντων παρασκευασάμενοι ἧκον καὶ ἐτάξαντο ὧδε. κέρας μὲν τὸ ἀριστερὸν Μαρτῖνός τε καὶ Βαλεριανός τε καὶ Ἰωάννης Κυπριανός τε καὶ Ἀλθίας καὶ Μάρκελλος εἶχον καὶ ὅσοι ἄλλοι φοιδεράτων ἄρχοντες ἦσαν, τὸ δὲ δὴ δεξιὸν Πάππος τε καὶ Βαρβᾶτος καὶ Αἰγᾶν καὶ ὅσοι τῶν ἱππικῶν καταλόγων ἦρχον. κατὰ δὲ τὸ μέσον Ἰωάννης ἐτάσσετο, τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ δορυφόρους Βελισαρίου
V 389 καὶ σημεῖον τὸ στρατηγικὸν ἐπαγόμενος. οὗ δὴ καὶ Βελισάριος
D εἰς καιρὸν ξὺν πεντακοσίοις ἱππεῦσιν ἀφίκετο, τοὺς πεζοὺς ὄπισθε βάδην προσιόντας ἀπολιπών. οἱ γὰρ Οὖννοι ἅπαντες ἐν ἄλλῃ ἐτάξαντο χώρᾳ, εἰθισμένον μὲν σφίσι καὶ πρότερον ἥκιστα ἐπιμί-

8. σφίσι L. σφίσιν P. 9. παρὰ Pm. περὶ P. 10. ἀέναος] Vulgo ἀένναος. 17. Βαρβᾶτος] Βαρβάτος P. 21. πεντακοσίοις L. φ' P. 23. μὲν om. L.

cipuam laudem merito referunt. His igitur a vobis mecum perpensis, officium vestrum esse dico, liberos atque uxores miserabiliter lamentantes iubere bono iam esse animo, ac divinam opem implorare. Vestrum etiam est hostem fortius adoriri, et in hoc praelio popularibus nostris praeire.

3. In hanc locuti sententiam Gelimer ac Tzazo, Vandalos educunt, et circa horam prandii, Romanis nec opinantibus, sed parando intentis prandio superveniunt. Mox aciem instruunt non procul a ripa fluvii, qui ibi labitur, perennis quidem, sed adeo tenuis, ut nullo ab indigenis donatus proprio nomine, rivus tantum dicatur. Ubi se pro re nata accinxerunt Romani, ad ripam alteram progressi, ita aciem ordinarunt. Cornu sinistrum tenebant Martinus, Valerianus, Ioannes, Cyprianus, Althias, Marcellus ac caeteri foederatorum duces; dexterum Pappus, Barbatus, Aigan, et quicunque numeris equestribus imperabant; in medio locatus est Ioannes cum scutariis, ipsisque hastatis Belisarii stipatoribus, ac vexillo Praetorio. Eodem Belisarius cum equitibus D. opportune venit, relicto, qui accedebat a tergo lentius, peditatu. Hunni seorsum omnes stabant, a Romanis disiuncti: at veteri quidem more, sed novo

γνῶσθαι τῷ Ῥωμαίων στρατῷ, τότε δὲ καὶ ἐν νῷ ἃ προδεδήλωται ἔχουσιν οὐκ ἦν βουλομένοις ξὺν τῇ ἄλλῃ στρατιᾷ τάσσεσθαι. Ῥωμαίοις μὲν οὖν τὰ τῆς τάξεως ὧδέ πη εἶχε. Βανδίλων δὲ κέρας μὲν ἑκάτερον οἱ χιλίαρχοι εἶχον, ἕκαστός τε ἡγεῖτο τοῦ ἀμφ' P 241 αὐτὸν λόχου, κατὰ δὲ δὴ τὸ μέσον Τζάζων ἦν ὁ τοῦ Γελίμερος ἀδελφός, ὄπισθε δὲ οἱ Μαυρούσιοι ἐτετάχατο. αὐτὸς μέντοι ὁ Γελίμερ πανταχόσε περιιὼν ἐνεκελεύετό τε καὶ ἐς εὐτολμίαν ἐνῆγε. προείρητο δὲ Βανδίλοις ὅπως μήτε δορατίῳ μήτε ἄλλῳ ἀτῳοῦν ὀργάνῳ ἐς ξυμβολὴν τήνδε, ὅτι μὴ τοῖς ξίφεσι, χρῆσθαι.

Χρόνου δὲ τριβέντος συχνοῦ καὶ μάχης οὐδενὸς ἄρχοντος Ἰωάννης τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὀλίγους ἀπολέξας, Βελισαρίου γνώμῃ τόν τε ποταμὸν διέβη καὶ ἐς τοὺς μέσους ἐσέβαλεν, ἔνθα δὴ ὁ Τζάζων ὠθισμῷ χρησάμενος ἐδίωξεν αὐτούς. καὶ οἱ μὲν φεύγοντες ἐς τὸ σφῶν στρατόπεδον ἧκον, οἱ δὲ Βανδίλοι διώκοντες ἄχρι B ἐς τὸν ποταμὸν ἦλθον, οὐ μέντοι διέβησαν. αὖθις δὲ Ἰωάννης πλείους τῶν Βελισαρίου ὑπασπιστῶν ἐπαγαγόμενος ἐς τοὺς ἀμφὶ τὸν Τζάζωνα ἐπεπήδησε, καὶ αὖθις ἐνθένδε ἀποκρουσθεὶς ἐς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον ἀνεχώρησε. τὸ δὲ τρίτον ξὺν πᾶσι σχεδὸν τοῖς Βελισαρίου δορυφόροις τε καὶ ὑπασπισταῖς τὸ στρατηγικὸν σημεῖον λαβὼν τὴν ἐσβολὴν ἐποιήσατο ξὺν βοῇ τε καὶ πατάγῳ πολλῷ. τῶν δὲ βαρβάρων ἀνδρείως τε αὐτοὺς ὑφισταμένων καὶ μόνοις χρωμένων τοῖς ξίφεσι, γίνεται μὲν καρτερὰ ἡ μάχη, πίπτουσι δὲ Βανδίλων πολλοί τε καὶ ἄριστοι, καὶ Τζάζων αὐτὸς ὁ

12. ἐσέβαλεν] ἐσέβαλλεν HL. 16. ἐπαγαγόμενος A. ἐπαγόμενος P. 18. ἀνεχώρησε L. ἀνεχώρησεν P. 22. καρτερὰ L. κρατερὰ P.

etiam consilio, quod supra exposui, se ad reliquas turmas aggregare nolebant. Hic ordo aciei Romanae fuit. Vandalicae vero utrumque cornu obtinebant Tribuni, quorum quisque suum agmen ducebat. Erat in medio Tzazo Gelimeris frater: aciem a tergo Mauri claudebant. Gelimer quoquoversum volitans, hortabatur, atque animos acuebat, cum prius edixisset, ne Vandali in praelio vel hastili, vel alio quopiam telo, praeterquam gladio, uterentur.

Utrique diu steterant in conspectu, cum Ioannes, delecta suorum exigua manu, de sententia Belisarii, transgressus rivum, in mediam adversae aciei frontem incurrit. Sed retrusos insecutus est Tzazo: atque hi quidem fuga ad suam aciem se recepere: Vandali vero, qui instabant, ad rivum provecti, non transierunt. Iterum Ioannes maiori numero scutariorum Belisarii succinctus, in Tzazonem invehitur: inde iterum repulsus, ad Romanos recurrit. Denique omni fere satellitio Belisarii septus, accepto etiam vexillo Praetorio, cum clamore fremituque ingenti, tertium irruit. Viriliter Barbari impressionem excipiunt, contenti gladiis: acerrime dimicatur. Multi occumbunt Vandali, iique lectissimi: inter hos Tza-

τοῦ Γελίμερος ἀδελφός. τότε δὴ ἅπαν τὸ Ῥωμαίων στράτευμα
C ἐκινήθη καὶ τὸν ποταμὸν διαβάντες ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐχώρησαν, ἥ τε τροπὴ ἀρξαμένη ἀπὸ τοῦ μέσου λαμπρὰ ἐγεγόνει· τοὺς γὰρ κατ' αὐτοὺς οὐδενὶ πόνῳ ἐτρέψαντο ἕκαστοι. ἃ δὴ ὁρῶντες οἱ Μασσαγέται κατὰ τὰ σφίσι ξυγκείμενα σὺν τῷ Ῥωμαίων στρατῷ τὴν δίωξιν ἐποιήσαντο, οὐκ ἐπὶ πολὺ μέντοι ἡ δίωξις ἤδε ἐγεγόνει. οἵ τε γὰρ Βανδίλοι ἐς τὸ σφέτερον στρατόπεδον κατὰ τάχος ἐσελθόντες ἡσύχαζον καὶ οἱ Ῥωμαῖοι, οὐκ ἂν οἰόμενοι ἐν τῷ χαρακώματι πρὸς αὐτοὺς διαμάχεσθαι οἷοί τε εἶναι, τούς τε νεκροὺς ὅσοι ἐχρυσοφόρουν ἀπέδυσαν καὶ ἐς τὸ σφῶν στρατόπεδον ἀνεχώρησαν. ἀπέθανον δὲ ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ Ῥωμαίων μὲν ἥσσους ἢ πεντήκοντα, Βανδίλων δὲ ὀκτακόσιοι μάλιστα.

D Βελισάριος δέ, τῶν πεζῶν οἱ ἀφικομένων ἀμφὶ δείλην ὀψίαν
H 126 ὥρας, ὡς εἶχε τάχους, παντὶ τῷ στρατῷ ᾔει ἐπὶ τὸ τῶν Βανδίλων στρατόπεδον. Γελίμερ τε γνοὺς Βελισάριον ξύν τε τοῖς πεζοῖς καὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐπ' αὐτὸν αὐτίκα ἰέναι, οὐδὲν οὔτε εἰπὼν οὔτε ἐντειλάμενος ἐπί τε τὸν ἵππον ἀναθρώσκει καὶ τὴν ἐπὶ Νουμίδας φέρουσαν ἔφευγε. καὶ αὐτῷ οἵ τε ξυγγενεῖς καὶ τῶν οἰκετῶν ὀλίγοι τινὲς εἵποντο καταπεπληγμένοι τε καὶ τὰ παρόντα ἐν σιγῇ ἔχοντες. καὶ χρόνον μέν τινα ἔλαθε Βανδίλους ἀποδρὰς Γελίμερ, ἐπεὶ δὲ αὐτόν τε πεφευγέναι ᾔσθοντο ἅπαντες καὶ οἱ πολέμιοι ἤδη καθεωρῶντο, τότε δὴ οἵ τε ἄνδρες ἐθορύβουν καὶ τὰ παιδία ἀνέκραγε καὶ αἱ γυναῖκες ἐκώκυον. καὶ οὔτε χρημάτων

1. τὸ ῥωμαίων LHm. τῶν Ῥωμαίων HP. 8. ἐσελθόντες HL. εἰσελθόντες P. 17. ἐπί τε] τε om. L. 23. οὔτε] οὐδὲ P.

zo ipse, Gelimeris frater. Tum Romanus omnis exercitus movere se loco, transilire rivum, hostem petere. Iis, qui inter cornu utrumque erant, inclinari coeptis, aperte omnes dederunt terga, cum a quoque sibi opposito in fugam facile verterentur. Quo animadverso, Massagetae cum Rom. exercitu, ex constituto, ruunt in fugientes. At non longe processum est. Nam sua Vandali castra ingressi propere, quieverunt: Romani, rem illic geri non posse rati, mortuis, quotquot auro fulgebant, spoliatis, in castra rediere. E nostris in hoc praelio L. minus, Vandali circiter DCCC. desiderati sunt.

Tandem Belisarius, accepto peditatu, sub vesperam movit, et cum omnibus copiis, quam celerrime potuit, ad Vandalorum castra contendit. Eum simul ac Gelimer adesse cum peditatu reliquoque exercitu intellexit, tacitus, nec mandatum ullum relinquens, in equum insilit, ac Numidiam versus evadit, propinquis pauculisque famulis trepide ac silentio comitantibus. Vandalos omnes Gelimeris fuga latuit aliquandiu: ea vero cognita, cum hostis iam appareret, virorum ilicet audiri tumultus, puerorum clamor, matrum ululatus: abire omnis cura opum, et capitum ca-

παρόντων μετεποιοῦντο οὔτε τῶν φιλτάτων ὀδυρομένων σφίσιν P 242 ἔμελεν, ἀλλ' ἕκαστος ἔφευγεν οὐδενὶ κόσμῳ ὅπη ἐδύνατο. ἐπελθόντες δὲ Ῥωμαῖοι τό τε στρατόπεδον ἀνδρῶν ἔρημον αὐτοῖς χρήμασιν αἱροῦσι καὶ ἐπιδιώξαντες τὴν νύκτα ὅλην ἄνδρας μὲν ὅσοις ἐντύχοιεν ἔκτεινον, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἐποιοῦντο ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ. χρήματα δὲ τοσαῦτα τὸ πλῆθος ἐν τούτῳ τῷ στρατοπέδῳ εὗρον ὅσα οὐδεπώποτε ἔν γε χωρίῳ ἑνὶ τετύχηκεν εἶναι. οἵ τε γὰρ Βανδίλοι ἐκ παλαιοῦ τὴν Ῥωμαίων χώραν ληισάμενοι συχνὰ χρήματα ἐς Λιβύην μετήνεγκαν καὶ τῆς χώρας αὐτοῖς ἀγαθῆς ἐν τοῖς μάλιστα οὔσης καρποῖς τε τοῖς ἀναγκαιοτάτοις ἐς ἄγαν εὐθηνούσης, τὰς τῶν χρημάτων προσόδους ξυνέβη, αἵ γε B ἐκ τῶν ἐκείνῃ γινομένων ἀγαθῶν ἠγείροντο, οὐκ ἐς ἑτέραν τινὰ V 390 δαπανᾶσθαι χώραν ἐμπορίᾳ τῇ τῶν ἐπιτηδείων, ἀλλ' αὐτὰς ἀεὶ οἱ τὰ χωρία κεκτημένοι προσεποιοῦντο ἐς πέντε καὶ ἐνενήκοντα ἔτη, ἐν οἷς δὴ Λιβύης οἱ Βανδίλοι ἦρξαν. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐς πάμπολύ χρῆμά τι ὁ πλοῦτος χωρήσας ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐς τῶν Ῥωμαίων τὰς χεῖρας ἐπανῆκεν αὖθις. ἡ μὲν οὖν μάχη καὶ δίωξις ἥδε καὶ τοῦ Βανδίλων στρατοπέδου ἡ ἅλωσις τρισὶ μησὶν ὕστερον γέγονεν ἢ ὁ Ῥωμαίων στρατὸς ἐς Καρχηδόνα ἦλθε, μεσοῦν- C τος μάλιστα τοῦ τελευταίου μηνός, ὃν Δεκέμβριον Ῥωμαῖοι καλοῦσι.

δ'. Τότε δὲ κατιδὼν Βελισάριος τὸ Ῥωμαίων στράτευμα πλημμελῶς τε καὶ ξὺν πολλῇ ἀκοσμίᾳ φερόμενον ἤσχαλλε, δει-

1. οὔτε] οὐδὲ P. 4. ὅσοις] ὅσους HL. ὅστις Hm. 6. τῷ στρατοπέδῳ] τῷ om. L. 12. γινομένων L. γενομένων P. 14. ἐνενήκοντα L. ἐννενήκοντα P. 23. ξὺν πολλῇ] ξυμπολλῇ L.

rissimorum plorantium: qua quisque poterat, turbate sese effundere. Accedunt Romani, desertisque castris et gaza potiuntur: deinde in fugientes converso impetu, totam noctem, quoscunque viros offendunt, mactant, pueros ac feminas servituti addicunt. Caeterum in castris illis pecuniae vis tanta reperta est, quanta nulla unquam uno in loco. Siquidem Vandali iam inde olim crebris direpto incursionibus Romano Imperio, grandes auri acervos in Africam transvexerant. Praeterquam quod cum uberrima sit regio, frugibusque ad vitae usus maxime necessariis abundet, proventum pecuniae, quam inde conficiebant, nunquam alio annonae causa distraxerant, sed ibi congesserant, praediis fruiti per annos xcv. quandiu Vandali in Africa regnarunt. Itaque auctae in immensum divitiae, in manus Romanorum eo die redierunt; quo edita pugna, fugati, castrisque exuti sunt Vandali, elapso ab exercitus Romani in urbem Carthaginem adventu trimestri spatio, iamque ad dimidium acto mense ultimo, quem Romani Decembrem vocant.

4. Tum Belisarius, Romanos videns temere et incomposite evagari, id molestissime ferebat. Nox eum tota sollicitum habuit, ne coirent ite-

μαίνων τὴν νύκτα ὅλην μὴ οἱ πολέμιοι, ξυμφρονήσαντές τε καὶ D ἐπ' αὐτοὺς ξυνιστάμενοι, τὰ ἀνήκεστα αὐτοὺς δράσωσιν. ὅπερ εἰ γενέσθαι τρόπῳ ὅτῳ δὴ τηνικαῦτα ξυνέπεσεν, οἶμαι ἂν Ῥωμαίων οὐδένα διαφυγόντα ταύτης δὴ τῆς λείας ἀπόνασθαι. οἱ γὰρ στρατιῶται πένητες ἄνθρωποι κομιδῆ ὄντες καὶ χρημάτων μὲν ἐς ἄγαν μεγάλων, σωμάτων δὲ ὡραίων τε καὶ ὑπερφυῶς εὐπρεπῶν κύριοι ἐκ τοῦ αἰφνιδίου γεγενημένοι κατέχειν τὴν διάνοιαν οὐκέτι ἐδύναντο οὐδὲ κόρον τινὰ τῶν σφίσι παρόντων εὑρεῖν, ἀλλ' οὕτως ἐμέθυον, καταβεβρεγμένοι τοῖς ὑπάρχουσιν εὐτυχήμασιν, ὥστε τούτων ἕκαστος ἅπαντα ἄγων ἐς Καρχηδόνα ἀναστρέφειν P 248 ἐβούλοντο. καὶ περιήρχοντο οὐ κατὰ συμμορίας, ἀλλὰ κατὰ ἕνα ἢ δύο, ὅπη ποτὲ αὐτοὺς ἡ ἐλπὶς ἄγοι, ἅπαντα κύκλῳ διερευνώμενοι ἔν τε νάπαις καὶ δυσχωρίαις καὶ εἴ που σπήλαιον παρατύχοι ἢ ἄλλο ὁτιοῦν ἐς κίνδυνον ἢ ἐνέδραν ἄγον. οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς τῶν πολεμίων φόβος οὐδὲ ἡ Βελισαρίου αἰδὼς ἐσῄει οὐδὲ ἄλλο τῶν πάντων οὐδὲν, ὅτι μὴ ἡ τῶν λαφύρων ἐπιθυμία. ταύτης τε ὕπο βιαζόμενοι ἐς ὀλιγωρίαν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐτράποντο. ἃ δὴ ἅπαντα ἐν νῷ ποιούμενος Βελισάριος ἐν ἀπόρῳ εἶχεν ᾗ τὸ παρὸν θέσθαι. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ ἐπὶ λόφου τινὸς τῆς ὁδοῦ ἀγχοῦ ἑστήκει, τήν τε οὐκέτι οὖσαν εὐκοσμίαν ἀνακαλούμενος καὶ πολλὰ B πᾶσι στρατιώταις τε ὁμοῦ καὶ ἄρχουσι λοιδορούμενος. τότε δὴ ὅσοις τετύχηκε πλησίον που εἶναι, καὶ μάλιστα οἱ τῆς Βελισαρίου οἰκίας ὄντες, τὰ μὲν ὑπάρχοντα σφίσι χρήματά τε καὶ ἀνδράποδα

5. πένητες AL. πάντες P. 17. ὕπο βιαζόμενοι Grotius. ὑποβιαζόμενοι P. ὕπο βιαζόμενος HL. 18. ἀπόρῳ] ἀποῤῥῷ A. ibid. ᾗ] ἡ HL. Conf. p. 256 c.

rum hostes, factoque impetu, illos opprimerent. Certe si tunc temporis impressionem quoque modo dedissent, nostrorum nemo, ut equidem arbitror, evasisset hinc, auctus praeda. Milites enim, ut erant omnes oppido homines, et affectionibus humanis obnoxii, cum et ingentes divitias, et corpora singulari forma praedita, in suam repente potestatem redacta cernerent, animum nec tenere, nec oblatis explere poterant: sed dulci fortuna ebrii, ita efferebantur, ut quisque obvia quaeque rapiens, Carthaginem redire vellet. Quacunque spes praedae duceret, non manipulatim, at seorsum singuli, vel bini simul errabant, in saltibus ac deruptis locis, et sicubi speluncam, vel angulum insidiis aptum offenderent, ibi omnia scrutabantur; metum hostium, Belisarii reverentiam, aliam demum quamlibet cogitationem expellente praedae cupiditate: qua victi, caetera flocci faciebant. Haec secum considerans Belisarius, quid e re nata statueret, nesciebat. Ut illuxit, proximum viae tumulum ascendit, et ordinem iam dilapsum instaurans, omnes, cum milites, tum duces, graviter increpuit. Quicunque in vicino erant, maximeque domestici Belisarii,

ξὺν τοῖς ὁμοσκήνοις τε καὶ ὁμοτραπέζοις ἐς Καρχηδόνα ἔπεμπον,
αὐτοὶ δὲ παρὰ τὸν στρατηγὸν ἰόντες τῶν σφίσι παραγγελλομένων
κατήκουον.

Ὁ δὲ Ἰωάννην μὲν τὸν Ἀρμένιον ξὺν διακοσίοις ἐκέλευε Γε-
λίμερι ἕπεσθαι, καὶ μήτε νύκτα μήτε ἡμέραν ἀνιέντας διώκειν,
ἕως αὐτὸν ζῶντα ἢ νεκρὸν λάβοιεν. ἐς δὲ Καρχηδόνα τοῖς ἐπι-
τηδείοις ἐπέστελλε Βανδίλοις, ὅσοι ἐς τὰ ἀμφὶ τὴν πόλιν χωρία
ἐν ἱεροῖς ἱκέται ἐκάθηντο, πιστὰ διδοῦσι καὶ τὰ ὅπλα, ὅπως μή
τι νεωτερίσωσιν, ἀφελομένοις ἔς τε τὴν πόλιν ἐσαγαγοῦσιν ἔχειν, C
ἄχρις αὐτὸς ἔλθοι. ξὺν δὲ τοῖς λειπομένοις πανταχόσε περιιὼν
τούς τε στρατιώτας σπουδῇ ἤγειρε καὶ Βανδίλοις τοῖς ἀεὶ ἐν ποσὶ
πίστεις ὑπὲρ σωτηρίας ἐδίδου. οὐ γὰρ ἔτι ἦν Βανδίλων οὐδένα, H 127
ὅτι μὴ ἐν τοῖς ἱεροῖς, ἱκέτην λαβεῖν. ὧν δὴ τὰ ὅπλα ἀφαιρού-
μενος, ξὺν στρατιώταις φυλάσσουσιν ἐς Καρχηδόνα ἔστελλεν,
οὐ διδοὺς καιρὸν σφίσιν ἐπὶ Ῥωμαίους ξυνίστασθαι. καὶ ἐπεὶ
ἅπαντά οἱ ὡς ἄριστα εἶχεν, ἐπὶ Γελίμερα καὶ αὐτὸς ξὺν τῷ
πλείονι τοῦ στρατοῦ κατὰ τάχος ᾔει. ὁ δὲ Ἰωάννης ἐς πέντε
ἡμέρας τε καὶ νύκτας τὴν δίωξιν ποιησάμενος οὐ πόρρω
ἀπὸ Γελίμερος ἤδη ἐγεγόνει, ἀλλά οἱ τῇ ὑστεραίᾳ ἔμελλεν
ἐς χεῖρας ἰέναι. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔδει Γελίμερα Ἰωάννῃ ἁλῶ- D
ναι, τύχης ἐναντίωμα ξυνηνέχθη τοιόνδε. ἐν τοῖς ξὺν Ἰω- V 391
άννῃ διώκουσιν Οὐλίαριν τὸν Βελισαρίου δορυφόρον τετύχηκεν
εἶναι. ἦν δὲ οὗτος ἀνὴρ θυμοειδὴς μὲν καὶ πρὸς ἀλκὴν ψυχῆς

9. ἀφελομένοις P et Grotius. ἀφελομένους HL.

praedam ac mancipia cum contubernalibus et sodalibus suis Carthaginem mittunt: mox ad Magistrum militum adeuntes, dictis obtemperant.

Ille Ioannem Armenium cum cc. instare Gelimeri iubet, nec diu, nec noctu interspirare, donec vivum aut mortuum ceperint. Tum suis, qui Carthagine erant, familiaribus mandavit uti Vandalos, in templis suburbanis supplices, data fide, exarmarent, ne quid novi moverent, eosque in urbem inductos, ad suum reditum asservarent. Ipse cum reliquis circumvolans, sparsos milites magno studio colligebat; obviis quibusque Vandalis fidem dabat, vim abfuturam. Nec vero Vandalum quemquam iam capere erat, nisi in templis supplicem. Eos armis exutos, cum militari custodia mittebat Carthaginem, spatium ipsis subtrahens colligendi sese, ut Romanis resisterent. Rebus omnibus bene compositis, ipse quoque in Gelimerem magnis itineribus vadit, copiarum parte maxima stipatus. Ioannes diebus v. totidemque noctibus Gelimerem insecutus, ac iam fere assecutus, cum eo postridie congressurus erat. Sed nolente Deo ut Gelimer in manus Ioannis veniret, coepta casus hic adversus turbavit. Inter eos, qui cum Ioanne Gelimerem persequebantur, erat Belisarii Praetorianus Uliaris, vir quidem fortis, et animi corporisque

τε καὶ σώματος ἱκανῶς πεφυκὼς, οὐ λίαν δὲ κατεσπουδασμένος, ἀλλ᾽ οἴνῳ τε καὶ γελοίοις ὡς τὰ πολλὰ χαίρων. οὗτος Οὐλίαρις ἡμέρᾳ τῆς διώξεως ἕκτῃ οἰνωμένος ἀμφὶ ἡλίου ἀνατολὸς ὄρνιν τινὰ ἐπὶ δένδρου καθήμενον εἶδε, καὶ τὸ τόξον κατὰ τάχος ἐντείνας κατὰ τοῦ ὄρνιθος ἠφίει τὸ βέλος. καὶ τοῦ μὲν ὄρνιθος ἀποτυγχάνει, Ἰωάννην δὲ ὄπισθεν ἐς τὸν αὐχένα οὔτι ἑκουσίως
P 244 βάλλει. ὁ δὲ καιρίαν τυπεὶς, ἐξ ἀνθρώπων χρόνῳ ὀλίγῳ ὕστερον ἠφανίσθη, πολὺν αὐτοῦ πόθον βασιλεῖ τε Ἰουστινιανῷ καὶ Βελισαρίῳ τῷ στρατηγῷ καὶ Ῥωμαίοις ἅπασι καὶ Καρχηδονίοις ἀπολιπών. ἀνδρείας τε γὰρ καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς εὖ ἥκων, πρᾷόν τε τοῖς ἐντυγχάνουσι παρεῖχεν αὑτὸν καὶ ἐπιεικέστατον οὐδενὸς ἧσσον. Ἰωάννης μὲν οὖν τὴν πεπρωμένην οὕτως ἀνέπλησεν. Οὐλίαρις δὲ ἐπεὶ ἐν ἑαυτῷ ἐγεγόνει, ἐς κώμην τινὰ πλησίον που οὖσαν καταφυγὼν ἐν τῷ κατὰ ταύτην ἱερῷ ἱκέτης ἐκάθητο· οἱ δὲ στρατιῶται Γελίμερα διώκειν οὐκέτι ὥρμηντο, ἀλλ᾽ Ἰωάννην μὲν ἕως περιῆν ἐθεράπευον, ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἐτελεύτησε, τά τε νομιζόμενα ἐς τὴν αὐτοῦ ὁσίαν ἐποίουν καὶ τὸν πάν-
B τα λόγον Βελισαρίῳ δηλώσαντες αὐτοῦ ἔμενον. ὃς, ἐπειδὴ τάχιστα ἤκουσεν, ἔς τε τὸν Ἰωάννου τάφον ἀφίκετο καὶ τὸ ἐκείνου πάθος ἀπέκλαιεν. ἀποκλαύσας δὲ καὶ περιαλγήσας τῇ πάσῃ ξυμφορᾷ πολλοῖς τε ἄλλοις καὶ χρημάτων προσόδῳ τὸν Ἰωάννου τάφον ἐτίμησε. δεινὸν μέντοι Οὐλίαριν οὐδὲν ἔδρασεν, ἐπεὶ οἱ

1. ἱκανῶς] ἱκανὸς L, ῶς a m. sec. ἱκανὸς P. 8. πολὺν] πολλὴν L. ibid. αὐτροῦ] αὐτοῦ P. 11. αὑτὸν] αὐτὸν L. ibid. ἐπιεικέστατον] ἐπιεικήστατον A a m. sec. 13. Οὐλίαρις] οὐλίαρος HL: illud Hm. 21. ξυμφορᾷ] συμφορᾷ L.

robore singulari praeditus, at idem parum bene moratus, et scurrili dicacitati vinoque deditissimus. Hic die sexto susceptae in fugientem Gelimerem incursionis, circa solis exortum, cum ebrius avem in arbore sedentem vidisset, intento statim arcu, sagittaque eo impulsa, aberrat a volucri; Ioanni vero cervicem transverberat imprudens. Letali ille accepta plaga, haud multo post efflavit animam, magno sui relicto desiderio Iustiniano Imp. Belisario Magistro mil. Romanis omnibus, adeoque ipsis Carthaginiensibus: vir animi magnitudine ac militari virtute inclytus, comitate in obvium quemque et mansuetudine nulli secundus. Ita porro Ioannes fatum implevit. Ubi ad se rediit compos animi factus Uliaris, in vicum proximum fuga elapsus, se eius templo commisit. Milites, omisso Gelimeris insequendi consilio, Ioanni, quandiu spiravit, curationem adhibuerunt: mortuo iusta solverunt, ac re Belisario nuntiata, ibi substiterunt. Primo ille accepto nuntio, confestim ad Ioannis tumulum sese contulit, eiusque infelici casui illacrimavit. Quo defleto, non sine gravi dolore, praeter alia multa, annuo pecuniae censu sepulcrum Ioannis cohonestavit; Uliarin abire impune passus, quod milites assevera-

στρατιῶται Ἰωάννην σφίσιν ἐπισχῆψαι ὅρκοις ἔφασκον δεινοτάτοις μηδεμίαν ἐς αὐτὸν γενέσθαι τίσιν, ἅτε οὐκ ἐκ προνοίας τὸ μίασμα ἐργασάμενον.

Ταύτῃ μὲν οὖν Γελίμερ διαφεύγει τὸ μὴ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γενέσθαι. Βελισάριος δὲ αὐτὸν τὸ ἐντεῦθεν ἐδίωκεν, ἐς πόλιν τε Νουμιδῶν ἐχυρὰν, ἐπὶ θαλάσσῃ κειμένην, ἀφικόμενος, δέκα ἡμερῶν ὁδῷ Καρχηδόνος διέχουσαν, ἣν δὴ Ἱππονερέγιον καλοῦσιν, ἔμαθε Γελίμερα ἐς Παππούαν τὸ C ὄρος ἀναβάντα οὐκέτι ἁλώσιμον Ῥωμαίοις εἶναι. τοῦτο δὲ τὸ ὄρος ἐστὶ μὲν ἐν τοῖς Νουμιδίας ἐσχάτοις ἀκρότομόν τε ἐπὶ πλεῖστον καὶ δεινῶς ἄβατον (πέτραι γὰρ ὑψηλαὶ ἐς αὐτὸ πανταχόθεν ἀνέχουσι), κατῴκηνται δὲ ἐν αὐτῷ Μαυρούσιοι βάρβαροι, οἵ τῷ τε Γελίμερι φίλοι τε καὶ ἐπίκουροι ἦσαν, καὶ πόλις ἀρχαία Μηδεὸς ὄνομα παρὰ τοῦ ὄρους τὰ ἔσχατα κεῖται. ἐνταῦθα Γελίμερ ξὺν τοῖς ἑπομένοις ἡσύχαζε. Βελισάριος δὲ (οὐδὲ γὰρ τοῦ ὄρους ἀποπειράσασθαι ἄλλως τε καὶ χειμῶνος ὥρᾳ οἷός τε ἦν, ἔτι τέ οἱ τῶν πραγμάτων ἠωρημένων καὶ Καρχηδόνος ἀπολελεῖ- D φθαι ἀξύμφορον ἐνόμιζεν εἶναι) στρατιώτας τε ἀπολεξάμενος καὶ ἄρχοντα Φάραν τῇ τοῦ ὄρους προσεδρείᾳ κατέστησεν. ἦν δὲ ὁ Φάρας οὗτος δραστήριός τε καὶ λίαν κατεσπουδασμένος καὶ ἀρετῆς εὖ ἥκων, καίπερ Ἔρουλος ὢν γένος. ἄνδρα δὲ Ἔρουλον μὴ ἐς ἀπιστίαν τε καὶ μέθην ἀνεῖσθαι, ἀλλ' ἀρετῆς μεταποιεῖσθαι, χαλεπόν τε καὶ ἐπαίνου πολλοῦ ἄξιον. Φάρας δὲ οὐ μόνος τῆς

5. αὐτὸν τὸ] τὸ om. L. αὐτόν τε Grotius. 8. Ἱππονερέγιον] ἵππον ἐρέγιον HL. ἱππονεράγιον A. Ἱππῶνα ῥέγιον P cum Hm. 13. Γελίμερι] γελίμερ L. 14. μηδεὸς L. μηδενὸς P. Medeos RV. 23. μόνος] μόνον Hm et L corr.

rent, gravissimo iureiurando se a Ioanne devinctos, nullam ex eo poenam, quippe lapso per imprudentiam, sumptum iri.

Quo factum est, ut eo die Gelimer hostes evaserit. Illum deinceps insequens Belisarius, cum Hipponem Regium, urbem Numidiae maritimam, munitam, ac dierum iter decem Carthagine dissitam pervenisset, cognovit non posse a Romanis capi Gelimerem, occupato iam monte Pappua: qui in finibus Numidiae situs, verticem admodum praeruptum et inaccessum habet, arduis eminentibus undique scopulis. Eum Mauri Barbari incolunt, quibuscum Gelimer amicitia ac societate coniunctus erat. Montem extremum insidet Medenus, urbs antiqua; ubi Gelimer cum comitatu se continebat. At Belisarius, cum tentare montem nequiret, praesertim hieme, nec sine damno se abesse posse Carthagine existimaret, rebus adhuc pendentibus, montis obsidionem delectis militibus ac duci Pharae demandat. Gnavus erat vir Pharas, et quamvis Erulus, cordatus tamen ac virtute praestans. Rarum sane est, maximaque dignum commendatione, si quis Erulus nec perfidus, nec ebriosus, sed

εὐκοσμίας ἀντείχετο, ἀλλὰ καὶ Ἐρούλων ὅσοι αὐτῷ εἵποντο. τοῦ-
τον δὴ τὸν Φάραν ἐς τὸν τοῦ ὄρους πρόποδα Βελισάριος καθῆ-
σθαι τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν ἐκέλευε καὶ φυλακὴν ἀκριβῆ ἔχειν,
P 245 ὡς μήτε τὸ ὄρος ἀπολιπεῖν Γελίμερι δυνατὰ εἴη μήτε τι τῶν ἀναγ-
καίων ἐς αὐτὸ ἐσκομίζεσθαι. καὶ Φάρας μὲν κατὰ ταῦτα ἐποίει.
Βελισάριος δὲ Βανδίλους, ὅσοι ἐς τὸν Ἱππονερέγιον πρὸς τοῖς
ἱεροῖς ἱκέται ἐκάθηντο, πολλοί τε καὶ ἄριστοι, ἀνέστησέ τε πι-
στὰ λαβόντας καὶ ἐς Καρχηδόνα ξὺν φυλακῇ ἔπεμψεν. ἐνταῦθα
δὲ αὐτῷ καί τι τοιόνδε ξυμπεσεῖν ἔτυχεν.
H 128 Ἐν τῇ Γελίμερος οἰκίᾳ γραμματεὺς ἦν τις Βονιφάτιος Λί-
βυς, ἐκ Βυζακίου ὁρμώμενος, πιστὸς τῷ Γελίμερι ἐς τὰ μάλιστα.
τοῦτον δὴ τὸν Βονιφάτιον Γελίμερ κατ' ἀρχὰς τοῦδε τοῦ πολέμου
ἐς ναῦν ἐμβιβάσας ἄριστα πλέουσαν, ἐν ταύτῃ τε ἅπαντα τὸν
B βασιλικὸν πλοῦτον ἐνθέμενος, ἐκέλευεν ἐς τὸν τοῦ Ἱππονερεγίου
V 392 λιμένα ὁρμίζεσθαι, ἦν τὰ πράγματα σφίσιν οὐκ εὖ καθιστάμενα
ἴδοι, τά τε χρήματα ἔχοντα πλεῖν κατὰ τάχος ἐς Ἱσπανίαν, παρὰ
Θεῦδίν τε ἀφικέσθαι τὸν τῶν Οὐισιγότθων ἡγούμενον, ἔνθα δὴ
καὶ αὐτὸς διασώζεσθαι ἐκαραδόκει, πονηρᾶς γινομένης Βανδίλοις
τῆς τοῦ πολέμου τύχης. Βονιφάτιος δέ, ἕως μὲν τὰ Βανδίλων
ἐλπίδα εἶχεν, αὐτοῦ ἔμενεν· ἐπεὶ δὲ τάχιστα ἡ ἐν Τρικαμάρῳ
μάχη καὶ τὰ ἄλλα ἅπερ ἐρρήθη ἐγεγόνει, ἄρας τὰ ἱστία ἔπλει κα-

2. πρόποδα] πρόποδον L. 6. ἐς τὸν H. ἐς τὸ L. Articulum om. P. ibid. Ἱππονερέγιον] ἵππον ἐρέγιον HL. ἱππονεράγιον A. Ἱππῶνα ῥέγιον P cum Hm. 8. ξὺν LHm. σὺν A et Maltretus. ἐς HP. ibid. φυλακῇ AL et Maltretus. φυλακὴν HP. φυλακῶν Hm, quod fraudi fuit Reiskio ad Constantin. Porphyrog. vol. 2. p. 776. 18. πονηρᾶς] πονήρας P. 21. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P.

virtutis sit compos. Neque haec moderationis laus uni Pharae propria fuit, verum omnibus communis Erulis, qui sub ipso merebant. Quamobrem huic Belisarius, uti ad montis radices stativa haberet hieme, ac diligenti provideret custodia, ne Gelimeri e monte effugium, neu commeatui ad illum aditus pateret, edixit. Nec defuit mandatis Pharas. Quotquot autem in Hipponis Regii templa confugerunt Vandali, qui plurimi certe et optimates erant, Belisarius, data fide, inde illos amovit, et Carthaginem custodiendos misit. Ibidem hoc ipsi evenit.

Erat in numero domesticorum Gelimeris Bonifacius scriba, natione Afer, ortu Byzacenus, quem Gelimer sibi fidissimum expertus, belli huius initio in navem expeditissimam cum omni regia gaza imposuerat, iusseratque Hipponem Regium appellere, ac si rem Vandalicam labare cerneret, iisdem cum opibus in Hispaniam cursum maturare, et Visigotthorum principem Theudin adire: quo et ipse evasurum se salvum sperabat, si belli fortuna Vandalis male cederet. Ibi quidem tamdiu substitit Bonifacius, quandiu spe aliqua res Vandalorum subnixae sunt; statim autem post Tricamarensem pugnam, et caetera, quae narravimus,

